

# Notes du mont Royal

[www.notesdumontroyal.com](http://www.notesdumontroyal.com)

Cette œuvre est hébergée sur « *Notes du mont Royal* » dans le cadre d'un exposé gratuit sur la littérature.

SOURCE DES IMAGES  
Google Livres

JOHANNIS GEORGII GRÆVII  
L E C T I O N E S  
H E S I O D E Æ.

Ut & notæ  
JOSEPHI SCALIGERI,  
E T  
FRANCISCI GUIETI.



A M S T E L O D A M I,  
Apud DANIELEM ELZEVIRIUM.

cl̄l̄cl̄lxvii.

*Sumptibus Societatis.*



*VIRIS ILLUSTRIBVS*

*ET EXIMIIS*

JOANNI CAPELLANO,

REGI CHRISTIANISSIMO

A CONSILIIS,

ET

NICOLAO HEINSIO,

FOEDERATÆ BELGICÆ


ORDINVM ORATORI

APVD REGEM SVECIAE,

*NOSTRÆ MEMORIÆ*

POETARVM PRINCIPIBVS,

HAS



*VIRIS ILLUSTRIBVS*

*ET EXIMIIS*

JOANNI CAPELLANO,

REGI CHRISTIANISSIMO

A CONSILIIS,

ET

NICOLAO HEINSIO,

FOEDERATÆ BELGICÆ

ORDINVM ORATORI

APVD REGEM SVECICÆ,

*NOSTRÆ MEMORIÆ*

POETARVM PRINCIPIBVS,

HAS

H A S  
L E C T I O N E S  
H E S I O D E A S

L. M. Q. D. D.

JOHANNES GEORGIUS GRÆVIUS.

Jo-

I

# JOHANNIS GEORGII GRÆVII L E C T I O N E S H E S I O D E Æ.

## C A P U T I.

Primi duo versati versus in ἔργῳ illustrati. ἀντίπτε ὑμνεύουσι. Δῶτε δὲ. Antiqua Hesiodi lectio bis vindicata. Αἰξεῖν. Augere. Κάρρειν. Δίκη. Jupiter Justitiæ Præses. Callimachus illustratus. Hesiodus emendatus. Διάνδιχα θυμὸν ἔχειν. ἔρις ἀγαθὴ est φιλία. Moschopolus correctus. Ἀγροῦς ἱππακός. Ὠν. Verus Hesiodi lectio defensiva. Elegans præsentium usus apud Græcos. Interpretes Latini sæpe notati.

**I**N ἔργῳ καὶ ἡμέραις.  
 γ. 1. Μῦσται Πιερίῃσι αἰοιδῆσι κλείουσιν  
 Δῶτε δὲ ἀντίπτε σφέτερον] Non veteres  
 solum interpretes, Proclus, Moschopolus, Tzetzes.  
 sed & Hesychius κλείουσιν exponunt ὑμνεύουσιν, δε-  
 ξάζουσιν. Scholia inedita libri Vossiani: αἰοιδῆσι κλείουσιν, ᾠδαῖς  
 καὶ τραγῳδαῖς δεξάζουσιν. & sequenti versu: δῶτε ἔλθῃτε. Eu-  
 stathius quoque ad Odyss. ε. Hesiodum Musas ex Pieria arces-  
 sere scribit. Κλείων pro κλείωνες nemo veterum dixit. Inde li-  
 quet hos versus sic recte exponi: *Musa ex Pieria carminibus  
 gloriam conciliare solita Adeste, quaeso, dicite patri vestro hymnum.*  
 Cum Moschopulo ad κλείουσιν intelligendum existimamus ὡς  
 αὖν ἔλθῃτε. Nam ut ille ait. Ἐκ τοῦ Μουσίων κλέος ἔρχεται. *A  
 Musis venit gloria.* ἀντίπτε ὑμνεύουσιν, est ὑμνεύετε. ut inferius  
 γ. 33: Ἀλλὰ τι πολλὰ ἑρπύζων ἰφώρεις pro ἑρπύζεις, & γ. 43,  
 κρύψαντες ἔχουσιν βίον, pro ἔκρυψαν. Apud Hom. βῆ δ' ἴον pro  
 ἔβη, ὥς τοι φάσιν pro ἔφουσα, & sexcenta talia. Solere vero poe-  
 tas Numina, quorum opem implorant ex locis, quæ iis erant  
 sacrata, vocare; Musas ex Parnasso, Pieria, Helicone, Pindo;  
 Apollinem ex Delo, Lycia, Xantho, quis tam hospes est in illo-  
 rum lectione qui ignoret? Et sic hunc locum intellectum olim



fuisse locuples testis est Aristides hymno in Jovem: Εἶεν δὲ Μῦσαι Διὸς παῖδες, ἃ ᾗδ' ἔγωγε ὁρῶ πότε αὖ περ ὑμῶς ἄμεινον χαλίσσειν ἢ νῦν. εἴθ' ὑμεῖς γὰρ ἐπ' Ὀλύμπῳ σὺν Ἀπάλλῃ Μυσηγέτη τιλὼ θείαν ὠδὴν ἄδετε ὑμνήσασθαι τὸ ὑμῖν πρόν τε καὶ τὸ ὅλον πατέρω, εἴτε Πιερίᾳ φίλοι ὑμῖν ἐνδιαιτήματα, εἴτε ἐν Ἐλικῶνι τῇ Βοιωτίᾳ χαρῶσιν. *Agite ergo Musa, Jovis filia, (nec enim vos unquam alias quam nunc invocare praestiterit) sive in Olympo cum duce Apolline divinum canitis canticum, vestram simul & universorum patrem celebrantes, sive Pierium vos delectat domicilium, sive in Boeotio Helicone choreas ducitis.* In versu secundo δὲ legitur in utroque MS, & omnes agnoscunt interpretes, ut mirer H. Stephanum solius Eustathii auctoritate compulsum reposuisse δ', quod deinceps plerasque editiones occupavit. Habet ista particula obsecrandi vim in hisce formulis, *δοῦρο δὲ, φέρε δὲ, ἔθι δὲ*, age, sis, quaeso. Hom. *ἄζον δὲ ἔρχεο Διομήδεα*. Socrates in Phædro apud Platonem: *ἄγετε δὲ αἱ Μῦσαι*, quo expressit hoc nostri Poëtae: *δοῦτε δὲ αἱ Μῦσαι*.

v. 3. Ὅντι *Διὶ βροτῶν*] Hos duos versus aliter distinximus, & exposuimus quam vulgo fit, uti apparet ex nostra editione. vide inferius rationes in notis ad v. 430 *Θεογονίας*.

v. 5. *Ρεία μὲν γὰρ βροτῶν, ρεία δὲ βροτῶν χαλίσσει.*] Uterque Codex MS utroque loco legit *ρεία*. quam veram lectionem esse Tzezès ostendit: *Τὸ ρεία συνίζησιν ἐστὶ τὸ ρεῖ μακρῶς συλλαβῆς, καὶ τὸ ἄλφα εἰς μέαν μακρῶν*. Nec aliter apud Homerum in omnibus legitur codicibus Iliad. ρ.

*Ρεία μὲν γὰρ φάσκειν ἔσθ' ἐν Τρώων ὀρυμνῶν.*  
Quæ loca male Guilielmus Canterus, decus nostræ Trajecti, sollicitavit. Hesiodus:

*Εἶαθι πελεῖν, γέρεο ἃ νῆα μὲν ἔσθ' ἀπατήσθ.*

Ubi rursus male mutat in *ἔαθ*. Hom. Il. π.

*Αἶψα ζῶν πέμψης Σαρπηδῶνα ὄνδ' ἀμύνει.*

Idem Iliad. v.

*Ἴσον τείνειν πολέμῳ τίλῳ, ἔμει μέγα ρεία.*

v. 6. *Ἀθλον ἀέξει*] *Obscurum augeat.* hoc est, evchit, ornat. Callim. hymno in Jovem v. 95: *Οὐκ ἀρετῆς ἀπὲρ ὅλβου ἐπίσταται ἀνδρᾶς αἰεῖν*. *Sine virtute divitia non possunt homines ornari.*

pare. Homero est *πρὸν ἐφίλειν*. In qua notione quum & Latinis augere ponatur, retinui hoc verbum in versione. Sueton. Claud. *In semet augendo parvus atque civilis nomine Imperatoris abstinuit, nimios honores recusavit*. C. Nepos Phocione: *Namque auctus ornatusque a Demosthene eum quem tenebat gradum adscenderat*.

v. 7. *Ἀ' ἡννογα κέρφει*] Versiones vulgatæ: *superbum contrahit*. Alii: *desiccet*. Ineptæ. Recte Proclus ostenderat *κέρφειν* hic esse *ἀπλεῖ ποιῆν κ' ταπεινόν*. Vertimus cum Horatio, *attenuat*, qui hunc locum expressit, ut pridem Muretus observat:

*Valet ima summis*

*Mutare, & insignem attenuat Deus*. inferius v. 575:

*Ἄρῃ ἐν ἀμνηστ' ὅτι τ' ἡέλιος χροῖα κέρφει*.

*Tempore messis quando sol corpus attenuat*, hoc est, corporis vires exhaurit, atterit.

v. 9. *Δίκη δ' ἰθὺς θέμισας*] *justo rege judicia*. Sic bene prisci omnes Interpretes hunc locum declarant, qui hæc retulerunt ad Jovem. *Δίκη* est ἐν *δίκη*, sive *σὺν δίκη* ut Moschopulus. *δίκη* ἰθὺς *θέμισας* est præesse judiciis, & ea sic gubernare ut leges exerceantur, & justæ ferantur sententiæ. *ἰθὺς* est regere, gubernare. Hesych: *ἰθύει, ἀπορροῖ, ἐξισοῖ, διοικεῖ, ἀθύρει, κυβερνεῖ*. Jupiter enim Justitiæ Præses & vindex habebatur. Plutarchus *ὅτις ἡ γὰρ ἀπαυδάδ' ὅς ὁ μὲν Ζεὺς σὺν ἑαὶ τὴν Δίκην παρέθρονον, ἀλλ' αὐτὸς Δίκη κ' Θέμις ἐστὶ, κ' νόμον ὁ περὶ σὺν πάλῳ κ' τελειότατον*. *Jovi Justitia non adsidet; sed ipse est Justitia & Theos*, & lex antiquissima & perfectissima. Callimachus hymno in Jovem: v. 81.

*Δῶκας δ' ἡ πῶλίσθεα φυλασσέμεν. ἵζεο δ' αὐτὸς*

*Ἀρχὴς ἐν πῶλίσσιν ἐπὶ δίκησι*

*Λαὸν ὑπὸ σκολιῆς οἱ τ' ἔμπαιον ἰθύνουσιν*.

*Constituisti qui urbes custodiant: tuque ipse præsides in arcibus, Inspector tam eorum qui legibus populum sub iniquis, quam eorum qui aliter gubernant*. Sic hic locus vertendus. Jovi enim arces sacre sunt, teste Aristide hymno in Jovem, qui & ibi docet Jovem esse præsidem Justitiæ. vide & Euripidis Troad. In Theogonia eodem sensu dixit *Διὸς κέρπειν θέμιστας δίκας* vers. 85, de rege:

Πάντες ἐς αὐτὴν ὁρᾷσι Διὰ κλένοισ' ἡμίσεις  
 Ἰθάκης δίκησαν.

*Omnes ipsi sunt respiciunt reddentem jus rectis judiciis* V. 886. ingeniose quidem vir summus pro Πέρση legit Πέρση. sed quomodo ἰδὼν αὐτὴν τι commodè possit tribui Persæ non video: quin tota oratio videtur huic emendationi & sententiæ Ἐπὶν adversari: Hæc enim poetæ mens est. Audi intuens & auscultans, uti jus valeat regente te, utique ego Persæ vera præcipiam. Aliquid petit in publicum, aliquid sibi.

V. 11. Τὼ μὲν κεν ἐπαινέσσει νόστος] Uterque MS. Vossianus & editio Basileensis Isingrini: ἐπαινήσει. quod quis non probet præ duro illo diplasiismo?

V. 13. Διὰ δ' ἄνδρα θυμὸν ἔχοντες] Mirum quid interpretibus Latinis in mentem venerit, quam hæc ita vertunt: *in diversa autem animum distrahunt.* quo nihil a poetæ sensu & Græcis verbis potest fingi alienius. Διὰ δ' ἄνδρα θυμὸν ἔχον Homero est διὰ θυμὸν ἔχειν, dissentire, discrepare. Il. v, v. 31:

Βὰν δ' ἰδμεν πόλε μὲν δὲ θεοὶ διὰ θυμὸν ἔχοντες.

*Ibant in praelium dii discrepantem animum habentes.*

hoc est, a se invicem dissentientes, aliis stantibus pro Troja, aliis in Trojam. Ubi vulgo versiones inepte: *divisum animum habentes*, pro quo alii dicunt ἄνδρα θυμὸν ἔχειν. Quid vero miri poetam ἐν τριβυμῷ tribuere animum, quum inter deas referantur & hic & in Theogonia?

V. 15. Ἀλλ' ἔτι ἀνάγκης

Ἀΐαντι βελήσιν ἔσαν πρῶτον βαρεῖαν] Hæc cum Tzeze non sic accipienda sunt quasi Deus sit malorum auctor. Sed hæc est Hesiodi mens, omnia quæ geruntur Dei numine geri: illum hominibus aut propter vitia, quibus sunt obnoxii, aliasque causas nobis sæpe parum exploratas, corrumpere consilia, sanam eripere mentem, & contendendi ac litigandi libidinem immittere. Penelope apud Homer. Οἶδυσ. ψ.

Μαῖα φίλη, μαρνέω σι θεοὶ θύου, αἳ τι δύνανται  
 Ἀφρονα ποιήσας, καὶ ἐπίφρονα πᾶσι μέλ' ἔοντα,  
 Καὶ τι χαλιφρονέοντα σισυφροσύνης ἐπίβησαν.

*Nutrix dilecta, insanam te dii fecerunt, qui possunt insipientem reddere, qui vel prudentissimus fuerit, & delictum prudentia compotem reddiderunt. Nam ut bene alius poëta:*

Ὅταν γὰρ ὀργῇ δαιμόνων βλάβηται πικρά,  
 Τῷ τὸ πρῶτον ἐξαφαιρεῖται φρενῶν,  
 Τὸν οὖν τ' ἰδὼλὸν εἰς τὴν χεῖρ' ἀγείρει  
 Γνώμῃ, ἢ εἰδὴ μηδὲν αἰμειβέσθαι.

*Quando ira deorum aliquem laedit, huic primo eripit prudentiam, & sanam mentem, & in deterius mutat consilia, ut non videat quæ peccat. P. Syrus Mimus: Fortuna quem vult perdere stultum facit.*

v. 19. Γαίης ἐν ῥίζῃσιν] Hæc verba non referenda esse ad Jovem cum antiquis Hesiodi interpretibus præclare monuit Daniel Heinſius ὁ πᾶν, cui Hesiodus & omnelitterarum genus plurimum debet. Nihil certius hæc ad Εἶρας pertinere bonam, quam philosophi φιλίαν dicunt, quæ dicitur in terra habitare inter homines. Inde Empedocles Agrigentinus Physicus antiquissimus, qui principia omnium rerum præter quatuor elementa constituit Νεῖκον & Φιλίαν.

Τόσαρχα γὰρ πάντων ῥιζώματα πρῶτον ἄνθρωποι  
 Ζαῖς, ὀργῆς, Ἡρῆ τε φερέσβι, ἢ δ' Αἰδωνίδης.  
 Νῆσις δ' ἡ διακρύβεις τέλῃ κρυπνῶς βρότειον.  
 Νεῖκον τ' ἐλόμβρον δίχα τ' ἀπάλαντος αἰ πάντη.  
 Καὶ φιλήμῃ τῶσιν, ἴσον μῆκος τε πλάτος τε.

*Quatuor omnium rerum principia primus audi, Jupiter candidus, Juno alma, & Pluto, Ac Nestis quæ lacrimis tingit humanas scatebras, Et contentio pernicioſa quæ absque iis par est ubique. Et amicitia cum his quæ aque longa ac lata est. De quibus Sextus Empiricus adversus Mathematicos: Εἰς ὧν δίδωσι τὰς τ' ὄντων ἀρχάς: τόσαρχα μὲν τὰς ὑλικὰς, γλῶ, ὕδωρ, αἴερα, πῦρ. δύο δὲ τὰν ἀρετῆων φιλίαν καὶ νεῖκον. Sex tradit rerum principia. Quatuor quidem materialia, terram, aquam, ærem, ignem. duo autem operantia, amicitiam & discordiam. Vide & Diogen. Laërt. in vita Empedoclis. Latini interpretes Hesiodi ποτὶ δὲ ἀμείων cum ἀνδράσι conjungunt, quasi Hesiodus dixerit contentionem bonam longe meliorem esse hominibus:*

quos redarguit copula & συνίπειν, quæ ita constituenda. Θῆκε δὲ μιν πολλὸν ἀμείνω scilicet ἔραν Κρονίδης ἐν γαίης ῥίζῃσι καὶ ἀνδράσι. Posuit illam longe meliorem in terræ radicibus, hoc est in terra & inter homines. Εἰ δὲ πῶς ἔτι repetendum.

v. 20. Εἰς ἔπαιον γὰρ τίς τε ἰδὼν ἔργου κατίζων Πλάσιον, δὲ ἀπὸ δὲ δρόμου καὶ ἡδὲ φιλάειν] Hic rursus Interpretes male gesserunt suas partes, qui secundum versum sic transtulerunt, ut si δὲ hic esset relativum, quum tamen hic ponatur pro ἔτι, quod discere poterant ex Moschopulo & Proclo. Glossæ MS Vossianæ: δὲ, ἔτι, πτωχός. Iners, inquit, videns alium labore divitias invenisse, & ipse eadem ratione opes quærere studet. Eodem sensu inferius:

Εἰ δὲ πῶς ἔργαζῃ, πῶς σε ζηλώσῃ ἀεργός

Πηλιδεύ.

*Quod si laborares mox te amulabitur otiosus discescentem.*

Tzezes videtur legisse αἰς. Porro in MS legitur δρόμου. quam lectionem tuetur Tzezes, qui propter liquidam μ τὸ ρ ο produci contendit. Proclus vero hoc à Græcorum poetarum consuetudine alienum esse in talibus infinitivis affirmat, ideoque τὸ μ geminandum.

v. 23. Εἰς ἀφρονειν ἀπὸ δὲ δύνει] MS I Voss: εἰς ἀφρονειν ἀπὸ δύνει. Sic etiam Moschopulus: Ἀφρονειν ὁ δὲ τῷ ὄρωι τῷ ἐνταυτῷ ἀφροζόμενος πλεῖστον. τὸ αὐτὸ καὶ βίει, ἀφ' οὗ βίῃσι πῶς δηλοῖται. λέγεται ὅτι ἀφρονειν ἀφρονεῖν, καὶ τὸ ἀφρονειν ἐστὶν αἰσῶν. Sic legendus hic locus. Vulgo male & sine sensu δὲ τῷ ὄρωι τῷ ἐνταυτῷ. Eadem ratione peccarunt in ὁρῶντι apud eundem Moschopulum v. 32, ubi vide Proclum.

v. 29. Ἀγροῖς ἐπὶ κικονίοντι] Græci scholiastæ omnes recte ἀγροῖς explicant ῥημάτιον καὶ φημὶν ἦγει φιλοτεικῶν κικονίοντι ἐν ἀγροῖ. Latinos vero quis ferat, qui *fori auscultatorem* transtulerunt? quis Latine sciens intelligat quid sibi velit *fori auscultator*? Verte: *concionum auditor*. Ἀγροῖς ἐπὶ κικονίοντι sunt homines subrostranei, ἀγροῖοι, Aristophani ἀγροῖς ἀειρίμματα, circumforanei, concionales, qui, ut Livius ait, *concionibus habent adfixi & in foro vivunt*: sive ut Cic. 1 de Orat. c. ult. *qui in subseiliis habitant*, quamvis ibi loquatur de causidicis. Latinis proprie tales homines canalicolæ. Gell. IV, 20: *Qui jurabat*  
cavil-

carvillator quidam & canalicola, & nimis ridicularius fuit. Vid. Festum. Ἀγορῆς ἐπακκὸν εἶναι Plauto est foro operam dare. Tarent. lites sequi. Posses tamen etiam exponere ἀγορῆς ἐπακκός, fori auditor, ut apud auctorem dialogi de causis corruptæ eloquentiæ, quem ego quidem Quintiliani esse nullus dubito. Rationes alias dabo. Is cap. 34, adolescentes, qui in subselliis quotidie nobiles causarum patronos audiebant orantes, vocat fori auditores: *Atque hercule, sub ejusmodi praeceptionibus juvenis ille de quo loquimur, oratorum discipulus, fori auditor, sectator judiciorum, eruditus & assuesfactus alienis experimentis, &c.* Sed hic in bonam partem accipitur.

v. 30. ὦρῃ γὰρ τ' ὀλίγη πίλεται] Non est ut recedamus à lectione librorum & interpretum veterum expositione, qui aiunt ὦρῃ ψαλῶσθαι, & interpretantur φροντῖν, sicut & MS I Vossianus cum Glossis: ὦρῃ νεκίων τ' ἀγορίων τε, ἢ φροντὶς διασπείων, δημηγορίων. Verba vero hæc ὦρῃ ὀλίγη πίλεται νεκίων τ' ἀγορίων τε sunt ὀλιγορεῖ νεκίη καὶ ἀγορεῖς. vel ὀλιγορεῖν καὶ νεκίη τ' ἀγορεῖς τε, non curare debet forenses curas. Πίλεται pro πίλεσθαι δεῖ. Sic sæpe præfens accipitur. Eurip. Hec. 163:

Ποῖον ἢ ταῦται, ἢ κείνου εἶχον; *Quam nam, hanc ne an illam eo?* pro εἶχον δεῖ. Quomodo non infrequenter occurrit apud scriptores sacros. Matth. 111: Πᾶν ὃν δένδρον μὴ ποιεῖν καρπὸν καλὸν ἐκκόπτεται καὶ εἰς πῦρ βάλλεται. *Omnis arbor non ferens fructum bonum excinditur & in ignem conjicitur.* Hoc est, excindi & in ignem conjici debet. Exempla passim obvia.

## C A P U T II.

Hesiodi obscurus locus expositus contra Græcos & Latinos interpretes. Πράϊ & βί & ὠραῖοι καρποί. ὠραῖον ὕδωρ. ὦρα ἔτος. Lectio antiqua poetæ bis asserta. Ἐργάζεσθαι. ἔργον. πηδάλιον. Scutum in Pandectæ illustratum repudiata Commentatorum sententia. Gubernacula in navibus veterum duo. Hesiodus emaculatus. Τυοκόεσι μαλεσθῆναι. Interpretum varii lapsus.

v. 31. ὦρα πρὶ μὴ βί & ὠραῖον ἐπὶ πηδάλιον καὶ ὠραῖον  
ὠραῖον] βί & ὠραῖον Latini interpretantur, *vitæ  
impetivus.* Græci vero magistri, *ex singulis anni partibus*

*collectus*. Quod quidem ferri posset. Nam *ώραῖοι καρποί* sunt omnes fructus è terra provenientes qui in mensis secundis ap-  
ponuntur pro anni & temporis ratione, ut verni flores, æstiva  
mala, pira, pepones, autumnales uvæ, & quæ hyeme possunt  
haberi. Antigonus Carystius in vita Menedemi. Τραγῆμος μὲν  
ἴσμεν, ἢ κύαμον συναχῶς ποτὶ τὸ καὶ τὰ ὠραῖον εἰσιφέρει τὸ π, ἔ  
μὲν ἴσμεν ἀπὸ τὸ ῥοία. ἔ δὲ ἴαρος ὥρεοι, καὶ τὸ τὴν χειμερινῶν  
ὥραν ἰχάδης. Pro bellariis dabatur lupinum & sapius faba: Non-  
nunquam ex fructibus, quos illa pars anni ediderat, quidpiam ap-  
ponebatur, æstate malum Punicum, vere ervilia, hyeme carica.  
Male interpretes dipnosophistæ reddit: ex fructibus horariis. vid.  
Galen. de aliment. facult. I I, 2, qui docet proprie Græcis ὠραῖος  
καρπὸς dici de talibus τραγήμοσι, non de frumento, de quo hic  
tamen agi omnes vident. Persuasissimum itaque habeo ὠραῖον  
βίον esse fructus æstivos, qui ἐν ὥρῃ, ἢ γὰρ ἐν ὥρῃ ἔτης, æstate, die-  
bus canicularibus tempore messis colliguntur. ὥρα enim & ὥρα  
ἔτης κατ' ἐξοχὴν significat æstatem, & quidem adultam, dies  
caniculares, ut Galenus in variis locis tradit. Hinc ὠραῖον est  
æstivus. ὠραῖον ὕδωρ apud Hippocratem Galenus ostendit esse  
pluviam aquam quæ media æstate cadit, καὶ τὸ καὶ ῥὸν ἐκείνον δὲ  
ὀνομαζουσιν ὥραν ἔτης. tempore illo quod vocant ὥραν ἔτης, hoc  
est, dies caniculares. Plinius sane ὠραῖον μέλι vertit mel æsti-  
vum, ut pulcre notavit vir Magnus ad Athenæum I I I Ani-  
madvers. cap. 6. Nec aliter capiendum inferius v. 305 :

Ὡς κί τοι ὠραῖον βίοντι πληθύνει καλῶς.

Ut victu æstate collecto impleantur horrea.

In sequente versu nescio cur contra manu exaratorum librorum  
& priscarum editionum fidem recentiores scribant τὸ καὶ καρπὸς  
συνάγειν, sed video hoc ab H. Stephano profectum qui καὶ pu-  
tat sejungendum & pro αὐτῷ poni. Sed rectius MSS & omnes  
scholiorum auctores scribunt καρπὸς ἀνδρῶν, cujus libertatis  
poëticæ exempla quis desideret nisi puer? Nemo enim ignorat  
apud Homerum κακὴ θωσι pro κύθωσι, λελάεωσι pro λάεωσι.  
Levia hæc sunt, fateor, nec monerem, nisi Stephani auctoritas  
multos in errorem induxisset.

v. 39. δίκην δικάσας] MS uterque & editio Ulpian apud Isin-  
grinum, δικάσας. Stephan, δικάσας.

V. 43. Πῆιδίως γάρ κεν ἐπ' ἡμεῖς ἐργάζοιο.] Verte: *Facile enim uno die tantum quæsiuisses.* Vulgo: *tantum operatus esses.* Sed ἐργάζοις hic est labore parare, acquirere. Subintelligendum autem ex præcedente versu βίον. quod loquendi genus postea imitatus est Andocides: ἐργάζοιαι τὸ βίον ἐν τῷ δικαίῳ καὶ ταῖν χερσίν. *vitam querere iuste suis manibus.* Εὐργάζοιαι βίον est vitam parare, querere unde utamur, *vitam querere*, ut Ennius loquitur. *Nautisque mari quarentibus vitam.* Vita Latini æque ut Græcis βίον est victus, alimenta, quæ ad vitam tuendam pertinent. Et sic hoc loco capiendum, non pro incertis vitæ casibus ex sequentibus liquido apparet. Εὐργάζοιαι eandem vim quoque apud Platonem tenet: Καὶ τὰ ἐπιτήδεια ταῦτ' ἐργασμῶν καὶ τῶν οἰκίαν ἡρέψουσιν. *Et alimenta ipsam quæsituram, & familiam sustentaturam.* Hinc & ἐργάζοιαι simpliciter est quæstum facere, acquirere, ut apud Demosthenem in orat. contra Apaturium: ναυτικῶς ἐργάζοιαι est quæstum facere pecunia in fœnore nautico collocata. Sic optime illum locum emendavit maximus virorum Salmasius, cui nihil viget par & secundum. Inde ἔργον est lucrum, quæstus. Sophocles:

Αἰὲν ἔδιν' ἔργον ταῦτα θρηνοῖαι μάλιστα.

*Sed nullum lucrum est ista deplorare.* Ubi Scholiastes: ἔδιν' ἔργον, ἔδιν' ὄφελον. Quia vero nullus quæstus est uberior, quam qui ex usuris & fœnore capitur, ἔργον, & ἐργασία κατ' ἐξοχὴν dicitur de fœnore: ἐργάζοιαι χρηματικῶς est exercere pecuniam, fœnori locare, ut recte a viris doctis ostensum est jam pridem.

V. 45. Αἶψα κε καὶ πηδάλιον] Miror omnes versiones Latinas quas mihi videre licuit, πηδάλιον hic interpretari temonem, stivam, quum mihi sit exploratissimum intelligi clavum navis, seu gubernaculum. Glossæ MS Vossii: πηδάλιον αὐχένιον. sed, etsi aliz deessent rationes, non sinit nos dubitare de hac interpretatione v. 627:

Πηδάλιον δ' ὀρεγὰς ὑπὲρ καπνῶ κρεμίσσοιαι.

*Clavum artificiose factum super fumum suspendito.*

Ibi præcepta expedit quid hyeme, confecta navigatione, fieri faciendum: solebant autem tum clavos in fumo suspendere,



quo credebantur indurari ac a putredine servari, æque ut nunc caro salita fumo induratur. Virg. 1 Georg.

*Et suspensa focus exploret robora fumus.*

Aristophanes in Οἴροις :

Πρώτα μὲν ὅρας φαίνομεν ἡμεῖς ἤρῃ, χειμῶν, ἐπώρας.

Σπείρειν μὲν, ὅταν γένοιτο κρύεσθ' ἐς τὴν Λιβύην μεταχωρεῖ,

Καὶ πηδάλιον τότε ναυκλήρῃ φράζει κρεμνίσαι καὶ δάειν.

*Primum quidē tempora ostendimus nos veris, hyemis, autumnī,*

*Seminare quidem quando grus crocicans in Libyam decedit,*

*Et tunc jubet nautam suspendentem clavum dormire.*

hoc est, quum tempus est naves subducendi, clavum suspendendi, & nautæ possunt secure in utramque aurem dormire. Male & ibi interpretes πηδάλιον temonem vertunt. Aristophanem hæc loca Hesiodi, de quibus agimus cum maxime, fespicere facile intelligunt omnes, & clare Scholiastes ostendit: Καὶ τὰ τοιαῦτα τὸ Ἡσιόδειον, αὐτίκα πηδάλιον μὲν ὑπὲρ καπνῆ καὶ θεῖο. καὶ πηδάλιον δὲ δειγὰς ὑπὲρ καπνῆ κρεμνίσαι. Duas vitam tuendi rationes veteres præcipue coluisse in hoc opere docet Hesiodus, navigationem nimirum & agriculturam. Aut mare exercebant negotiando, aut terram conferendo & colendo. Utroque hoc victum parandi modo, ærumnoso & laborioso essemus levati, inquit poëta, neque in mari jactari cum tanto periculo, neque opere rustico nos defatigari necesse esset, si Deus non occultasset facilem illam victum & amictum curandi viam. Suspenderes clavum fumo, quod solebant hyeme facere, quum clausa essent maria, & naves subductæ, & navigandi studium deponeres, nunquam mare tentares & infidis procellis tuum caput quæstus causa committeres. Nec aliter Proclus. Vidit quoque D. Heinsius sensum hujus loci in Introductione, sed nec ipse in tot suis editionibus fœdum hoc mendum expunxit, nec ab aliis editoribus fuit auditus. Hæc de πηδάλιῳ disputatio in mentem mihi revocat Sctum Claudianis temporibus factum, cujus fragmentum nobis servatur lib. XLVI I Π, Tit. IX, l. 3. §. 8: *Ut si quis ex naufragio clavum vel unum ex his abstulerit, omnium rerum nomine teneatur.* Hic Interpretibus aqua hæret dubitantibus quid per clavos Imperator intelligat, quum non nisi unum in navi clavum esse existi-

existiment. Sunt viri eruditissimi qui docent clavum modo pro ἀκρω ἢ πηδάλῳ, modo pro toto poni gubernaculo, & clavos hic esse gubernacula clavo annexa. Quod sane ego quid sit non capio. Gubernaculum enim habet unum clavum, nunquam duos. Gubernaculi partes sunt οἰαξ, φθεῖρ, πτερύγιον, αὐχὴν. Οἰαξ est clavus, quo, ut Isidorus inquit, regitur gubernaculum. Naves vero veterum paulo majores duo habebant gubernacula, duos clavos, unum in prora, alterum in puppi. Hinc Græcis dicuntur ἀμφίπυρροι tales naves. Petron: *Nunc per puppim per ipsa gubernacula dilubendum est: a quorum regione funis descendit, qui scapha custodiam tenet.* Idem: *Pergit interim tempestas mandata fatorum exequi, omnesque reliquias navis expugnat. Non arbor erat reliqua, non gubernacula, non funis, aut remus.* Apud Heliodorum V Æthiopic. Theagenes & Chariclea ad Ithacæ promontorium appellitur ἢ πηδάλῳ θάτερον ἀποβαλόντις, *altero clavo amisso.* Lucas Act. x v i i in Pauli nave dixit in numero multitudinis τὰς ζυγλιθῆας ἢ πηδάλῳ, *vincula clavorum.* sed omnium clarissime Hippolytus de AntiChristo quem nuperius edidit Marquardus Gudius, vir doctissimus & mihi conjunctissimus, cui brevi plurimum res litteraria debet, in elegantissima comparatione Ecclesiæ cum navi: Θάλασσα ἐστὶν ὁ κόσμος, ἐν ᾗ ἡ ἐκκλησία, ὡς ναὺς ἐν πλάγῃ χειμαζέται μὴ ἀλλ' ὅσα ἀπώλονται. ἔχῃ γὰρ μεθ' ἑαυτῆς τὸ ἔμπειρον Κυβερνήτην Χρυστόν. Φέρει δὲ αὐτὴν μετὰ τὸ τέρενον τὸ κτ' ἔθανάτη, ὡς τὸ σκαρὸν ἢ Κυβερνήτην μεθ' ἑαυτῆς βαστάζουσα. Ἐστὶ γὰρ αὐτῆς μὴ πρῶτον ἡ ἀνάβλη, πρῶτον δὲ ἡ δύσις· τὴν δὲ κύκλον, μεσημβρία. οἷακτις δὲ δύο αἱ δύο ἀφ' ἑαυτῶν. Sic enim recte MS Eboracensis. Vide Lipsium ad II Taciti annalem c. 6, Samuel. Bocharum, virum summæ eruditionis, qui in omni doctrinæ genere primas tenet, in Hierozoico opere mirando, & Cl. Schetterum de militia navali. Sed hæc in transcurso.

v. 48. Προμηθεὺς ἀγκυλομήτης] MS II ἀγκυλόμητης, quomodo legendum censet Moschopolus: sicut ποικιλόμητης, δολόμητης, quæ tamen in secundo casu inflectuntur ac si primi λήξιος esset ητης. Sic noster in Theog. αἰολόμητης Προμηθεὺς. Apud Hom. πολύμητης, ὀμήτης. Proclus tamen secutus auctoritatem Plu-

Plutarchi, qui & ipse olim in Hesiodum Commentarios edidit, quos Gellius laudat Noct. Att. X X, 8, & Proclus frequenter, tuctur ἀγκυλομήτης. Eustathius vero ad Οδυσ. γ, ait utramque terminationem apud veteres inveniri. Illam in ητης esse ἀ μέδω, hanc vero ἀ μήης, ἢ βελή.

v. 51. Διὸς παῖς μηδίας] Imperite μηδίας & μηλίτης vertunt *consultus*, quum potius sit consilii plenus, consiliorum auctor, μέγα βελδίων ut recte circumscribit Theocritus notante Eustath. ad Iliad. α. Nec hoc prætermiserunt viri eruditi, sed surdis narrarunt fabulam. In præcedente versu παῖς Ἰαπετῖο verte: *filius Iapeti*. Gloss. Vetus: Παῖς ὁ υἱός, *Filius*. Non ignoro Latinis quoque poetis puer pro filio dici, ut *Veneris puer* apud Ovidium Cupido, *Lasona puer* Horatio Apollo, sed in versionibus, quæ in tyronum & Græcæ linguæ non satis peritorum gratiam adornantur, hæc non habent locum. εὖς autem reddidi *egregius*. Moschopulus exponit καλός. Et Hesych. εὖς, ἀγαθός, καλός, μέγας, δυνάτης. Glossæ MS Voss: εὖς, μέγας. Sanè apud Hom. conjungitur εὖς τε μέγας τε. Sic in Ἀπιδε v. 25. εὖς παῖς Ἀλκαῖοιο. *egregius filius Alcai*. ubi Interpretes: *præstans puer*.

v. 55. pro χαίρης prior liber Vossianus χαίροις.

v. 63. Ἀθανάταις τε θεαῖς εἰς ὅπτα εἴποι] MS I, editio Isingrini, Tzezis: ἀθανάτης θεῆς. Idem codex, ut & Palatinus sequenti versu legunt παρθενικῆς pro παρθεναῖς, quam lectionem Proclus quoque agnoscit. Nec aliter scripsit Hesiodus. Glossæ MS Palatini libri exponunt optime παρθένα. Vossianæ addunt subintelligendum ποιεῖν. Pertinet παρθενικῆς εἶδος ad Pandoram non ad Deas ut vulgo capiunt. Jupiter, inquit, jussit Vulcanum quam celerrime ex luto formare massam, illamque voce humana instruere & viribus, & tanta pulchritudine virginali ut ad formam dearum accedat. Equidem ex vulgata lectione nullum sensum idoneum posse confici facile vident qui animum advertunt.

v. 66. Γυοχόρως μελιδώνας] Veteres quidem magistri in explicando γυοχόρως mire ambigunt, sed mihi recte vidisse videntur illi, qui exponunt τὰς μέλη καὶ σμέσας, sicuti præter Moschopulum & Proclum Vossianæ Glossæ, & Phayorinus. Κορεῖν  
est

est *κρομεῖν, κρομαπίζειν*. Hesych: *κροεῖν, κρομεῖν, κροβαίρειν*. Unde & *νεωχόρ*, qui templum ornat & tuetur, ædituus. In Actibus Apostolorum Ephesus dicitur *νεωχόρ* Ἀῤῥτιμίδ, ædituus Dianæ. Sicut & in nummis Græcorum frequenter urbes & populi *νεωχόροι* *Καισάρων* appellantur, quia templa in honorem illorum excitant, quibus ornandis & colendis operam suam devoverant, ut quasi essent Cæsarum æditui, ut monuit vir illustris Caspar Gevartius, sicut Ephesii Dianæ sunt *νεωχόροι*, propter illustrissimum & maximi operis templum, quod in ejus Deæ honorem in sua habebant urbe. *Γυοχόροι* *μελεθῶντες* sunt curæ quæ totæ in ornando corpore sunt occupatæ. Mulieres vero quæ studio magis tenentur quam comendi & excolendi corporis, quibus, ut Plaurus ait, *nulla satis ornandi satietas est?*

## CAPUT III.

In Hesiodo tres mendæ deletæ. Idem expositus. Ἀμριγυίης φωνῇ. Jovis dona quomodo rejicienda esse Hesiodus doceat. Θαλάις τέρπειδης. Hesiodo versus fugitivus, qui in nullis editionibus conspicitur, restitutus. Antiquissimum hominum vivendi ratio. Pecus non alebant. Varro emendatus. Μῆλα, Poma omnes arbutei fructus. Μῆλα pro opibus. Ἐπὶ βεσὶ κτείνας. Homerus explicatus. Hesiodus bis emendatus. Interpretes sæpius reprehensi. *Ἡῖθα ἰσπαίμενοι*.

v. 69. **Ω**ς ἴφατ', οἱ δ' ἐπίθοιτο] Vitia hæc sunt ne in pueris ferenda, & tamen omnes occupant editiones. Scribendum: *ὡς ἴφατ', οἱ δ' ἐπίθοιτο*. Nec aliter MSS. Sequentem versum Ἀμφιγυίης est *πρὸ γῆα βεβλαμμένον*. *γῆα κατ' ἐξοχῶ* dicuntur manus & pedes. Homer.

*Γυώσω μὲ σφῶν ὑφ' ἄρμασι πάσις ἵππας.*

*Frangam quidem pedes celerum equorum ante currus.*

*γυώσω* enim, ut bene Porphy. ad Homerum observat, est *παλαιγῆς ποιῶν*. Latinis utroque pede claudus, pedibus captus. quod quum a Græcis proprie tribuatur Vulcano, quibus familiare est *ἐπιθεῖν* singulis diis & heroibus assignare, iisque uti loco ipsorum propriorum, Latini vero careant tali voce, qua illum commode possint exprimere, ut Vulcanum per eam significari intelligant omnes, *Ambiclandus* enim Latium vetus ignorat,

ver-

vertendum est: Vulcanus. ut *ἐννοεῖται* Neptunus. Ridiculus esset qui verteret *Terram concutiens* quum pro ipso Neptuno ponitur. Talia apud Græcos *ὅσα κήεις*. v. 77. *ἐθέτω* MS I, pro *ἐθέτω*.

v. 79. *Εἰ δ' ἄρα φωνὴν ἦκε θεῶν κήρυξ*] Quærunť Græci Magistri quomodo hic Mercurius vocem Pandoræ indidisse potuerit, quum paulo ante Vulcano ejus confectio mandata fuisset dicatur. Itaque *φωνὴν* v. 61 interpretantur *ἔργον φωνῆς*. sed licet hæc exponendi ratio possit probari, nondum tamen essemus defuncti. In præcedente enim versu jam commemoraverat Mercurium Pandoræ pectori inseruisse *αἰμυλίαις λόγοις*. quomodo vero illos sine voce? & quomodo res ab eodem gesta tanquam diversa a diversis acta narratur? Quid quærimus? *φωνή* hic est *ὄνομα*, ut apud Hom. Il. γ.

*Περίαμ δ' Ἐλένῃ ἐκαλέσατο φωνή.*

*Priamus Helenam vocavit nomine.* ubi *φωνή* perperam *πυρίλαον* docent, & exponunt *voce*. Gregor. *Μὴτε ἡμῶς ἀδυνάητε τ' ἐψηλοτόρας φωνῆς*. Ne nos increpetis ob verbum insolentius. *ἐνέθηκε φωνὴν* est nomen imposuit. Ita omnino Hesiodum intelligendum ipse docet: *ὀνόματι δὲ τινὶ δὲ γυναικὶ Πανδύρῃ, ἀπὸ Παύρι* autem mulierem hanc Pandoram.

v. 86. *Μήποτε δῶρον δέξαο*] Jovis igitur dona sunt rejicienda. sed egregie hujus loci mentem declarat Plutarchus libello quomodo adolescenti poetæ sint audiendi, ostendens Διὸς δῶρον esse fortunæ munera: *Ὁ Ἡσίοδος τὴν Προμηθεῖα ποιῶν τῷ Ἐπιμηθεῖ τὸν κελεύσμενον,*

*μήποτε δῶρον*

*Δέξαο τὸν Ζηνὸς Ὀλυμπίη; ἀλλ' ἀποπίμπειν, ἐπὶ τῇ τ' τύχῃ διωαμένη τῷ Διὸς ὀνόματι κίχρηται. τὴν δὲ τυχερὰ τ' αἰχμαῖν Διὸς δῶρον κίχρηται, πλῆγες, καὶ γαίρας, καὶ ἀρχαί, καὶ πάντα ὅλας τὰς ἐκείνης, ὣν ἡ κίχρησι ἀνότητος ἐστὶ τοῖς χεῖρα καλῶς μὴ δυναμένοις. διὸ, καὶ τὸ Ἐπιμηθεῖα φαῦλοι ὄντα καὶ ἀνότητον, οἷσται δεῖν φυλάττειν καὶ δεδέναι τὰς ἀτυχίας, ὡς φλασσοσύμβολοι καὶ ἀφθρησύμβολοι ἐπὶ αὐτῶν. καὶ πάλιν ὅταν λέγῃ*

*Μηδὲ ποτ' ἐλορδύνω πινύλῃ θυμῷ φθόρον ἀνδρῶν*

*Τέτλα ὀνειδίζειν, μακάριον δέσιν αἶν ἐόντων.*

θεόςδεθ' ἰαυ' ἔ' τυχηρὸν εἴρηκεν, ὡς γὰρ ἄξιον ἐγκαλεῖν τοῖς ἀλφ' τὴν τύχην πειρομένοις, αἰδὰ τὴν μετ' ἀρχάς, καὶ βαθυμίας, καὶ μελαχίας, καὶ πολυτελείας ἀπειρίαν, αἰχρὸν καὶ ἰποιδίον ἔσται. Hesiodus ubi Prometheum inducit fratri Epimetheo suadentem ne a Jove ulla dona accipiat, sed ea alio dimittat, Jovis nomen de potentia fortuna usurpavit. Bonis enim fortuna tribuit appellationem donorum Jovis, opibus, conjugiiis, imperiis, & omnibus in universum bonis externis, quorum possessio inutilis est recte uti iis nescienti. Itaque etiam Epimetheum hominem vitiosum & fatuum cavere sibi jubet & metueret a rebus secundis, damno nimirum ei & exitio futuris. Iterum ubi ait, Nunquam pauperism perniciosam animumque excruciantem exprobra homini, quia deorum munus est. Deorum munus vocat id quod fortuna obtigit. innuens non esse eos culpandos, qui fortuna injuria pauperes sunt, cum ignavia potius, socordia, mollitie & luxu conjunctas divitias in turpibus & vituperatione dignis habendas. vide ibi plura, & ejusdem libellum de Fortuna in fine. v. 87. pro παρὲς ζηνός MS II, παρὲς ζηνός.

v. 96. Ἐν ἀρήρησι δόμοισι] Merito hæserunt veteres Critici in hoc loco. valde ἀκυρολόγως dolium appellatur δόμος. Inde & Seleucus pro δόμοισι scribebat πίθοισι, ut Proclus notat. Seleucum, qui hunc locum sic emendandum judicavit, existimo fuisse Grammaticum illum Alexandrinum, qui Romæ docuit, & Homericus dicebatur. Hunc enim in omnes fere poëtas commentarios edidisse Suidas docuit. Quæ a viris doctis afferuntur ad istam translationem asperam molliendam, arguta quidem sunt & ingeniosa, sed quæ facilius rejici possunt quam probari.

v. 99. Αἰχρόν βυλῆσιν] Hunc versum inducendum esse recte Aristarchus & D. Heinsius censuerunt.

v. 102. Νῆσοι δ' αἰθρώποισιν ἐφ' ἡμέρῃ ἢ δ' ἐπὶ νυκτὶ] MS I, ἐφ' ἡμέρῃ. lege, ἐφ' ἡμέραι. Sic emendaveram, & recte me emendasse postea ex Plutarcho cognovi, in cujus consolatione ad Apollonium sic legitur.

v. 105. Οὐτως ἔ'τι πῦρ ἐστὶ Διὸς νόον ἐκάλειαν.] MS I, ἔ'τι πῦρ. Sic & Tzetzes. πῦρ nonnunquam æque περιλάμψας πῦρ. Διὸς νόον est

est Jovis sententia, consilium, decretum. Hesiodi sententiam Tacitus refert: *Qua fato manent, quamvis significata, non visantur*. Sequenti versu idem liber: εἰ ᾗ θέλεις.

v. 113. Νόσφιν ἄτερ τε πόνων] In utroque MS abest π. Et sane abesse debet. Τετρες. πόνων ἢ τὸ πο κρινή ἐστι συλλαβή. ἔστι γὰρ τῆ ν ἀμετάβλητος ἐκλείνεται. sic & superius v. 91, in manu exaratis libris legitur. Νόσφιν ἄτερ κακῶν. Ubi H. Stephanus perperam incuriae editores insinuat. Inferius v. 674. Μὴ μῦθευ οἶνον ᾗ τέον καὶ ὁ πῦρ ἀνὸν ὁμῶρον. Sic MS I Vossianus. vulgo μηδὲ μῦθευ. versu præcedente in nonnullis editionibus legitur ζώϊσιν pro ἔζων. quod auribus meis magis arridet.

v. 115. Τέρεπον' ἐν θαλίῃσιν] Suaviter tempus transigebant in conviviis, nimirum quæ instruxerant ex iis quæ sponte tum ferebat injussa tellus. pro quo statim :

οἱ δ' ἐθέλημεν

Ἡσυχὰ ἔργα νέμεντο σὺν ἑσθλοῖσιν πολίταις.

ipsisque ulero

*Tranquilli quæ collegerant dividebant cum multis bonis.*

hoc est, ut Virgilius exposuit, *in medium quærebant*, & iis in otio sine contentione & invidia fruebantur. Hæ sunt illæ θαλίαι. de ἀθηναισίαι & Deorum epulis Hesiodus hic non cogitavit, quod & ille versus luculenter ostendit: qui in nostris quidem editionibus nunc desideratur, sed olim non desiderabatur in iis, quibus usus fuit Diodorus Siculus. Is in libro V bibliothecæ huic, quem nunc exponimus, istum subjicit:

Ἀφνειὸν μέλοισι, φίλοι μετάρεσσι θεοῖσι.

*Abundantes pomis cari beatis diis.*

Dignus sane est qui loco suo, de quo fuit injuria temporum & hominum deturbatus, restituitur. Cæterum hunc versum male intellexit & interpretatus est vir Græce doctissimus, Laurentius Rhodomannus. Ἀφνειὸς μέλοισιν vertit: *felices gregibus*. μέλα hic non sunt greges. Nam quamvis pastoritia vita sit simplicissima, & aliis vitam tolerandi rationibus vetustior, ignorata tamen fuit antiquissimis illis hominibus, qui sub Saturno dicuntur egisse. Hi enim iis solum se tuebantur, quæ terra sponte ad eorum victum ferebat. Omitto Ovidium, aliosque poetas.

Var-

Varro II de R. R. cap. 1: *Et homines & pecua quum semper fuisse sit necesse, natura, (sive enim aliquod fuit principium generandi animalium, ut putavit Thales Milesius, & Zeno Cittieus, sive contra horum principium extitit nullum, ut credidit Pythagoras Samius, & Aristoteles Stagiritis) necesse est humana vita a summa memoria gradatim descendisse ad hanc aetatem ut scribit Dicaarchus: & summum gradum fuisse naturalem, quum viverent homines ex iis rebus quas inviolata ultro ferret terra: ex hac vita in secundam descendisse pastoritiam, e feris atque agrestibus, ut ex arboribus & virgultis decerpendo glandem, arbutum, mora, pomaque collegerant ad usum, sic ex animalibus, propter eandem utilitatem, cum qua possent silvestria deprehenderent, concluderent & mansuefacerent.* Sic hic locus legendus & interpungendus videtur, in quo tamen emendando Gronovio τὸ πᾶν debentur, *collegerant, & mansuefacerant, quæ reposuit pro colligerent, & mansueferent.* Tò cum intellectu revocandum ad superiora; quali scripserat: *pastoritiam: cum, ut ex arboribus & virgultis decerpendo glandem, arbutum, mora, pomaque in usum colligere consueverant antehac, sic ex animalibus silvestria quæ possent caperent, septo custodirent, mansueta redderent.* Hic videtur supervacuum vel quod prius posuerat *e feris & agrestibus*, vel quod post dixit, *ex animalibus silvestria.* At hæc est illius repetitio propter ἰσότητος, sensui magis quam verbis conveniens. de quo genere Gronov. ad Senec. I, de ira, 3. Μᾶλα autem hoc loco sunt omnes arbutei fructus, qui edules sunt, sicut apud Latinos poma. Nam & nuces, & ficus, & uvæ πρὸς ὕμῳ mala dicuntur. vid. leg. CV de verb. signif. Varro cap. 59 lib. I de R. R. profitetur se acturum de pomis condens, & ibidem tradit, quomodo pira, rapa, nuces juglandes sine servandæ, quia rapa, pira, nuces in pomis numerabantur. Hesych. Μᾶλα πᾶν τὸ δένδρεον καὶ πρὸς, ἐξαίρετως δὲ τὸ μηλίαν, καὶ πᾶν τὸ δένδρεον. In hoc ipso verbo offenderunt inferius Latini interpretes, sed ratione diversa v. 162:

Ἄλλοι μὲν γὰρ μῆλων ἐκ' Οἰδιπόδαο.

*Perdidit pugnautes propter oves Oedipi.*

sed non pugnant propter oves, sed propter opes, regnum, facultas-



cultates Oedipi. De quo Græci Magistri: *Μῆλα, κίθους, αἰεταί, βασιλίσαι*. Hos Latini debebant sequi. Veterum enim divitiarum in pecudibus, præcipue in ovibus. Varro dicto loco libri secundi: *In quæis* (nimirum animalibus agrestibus, quæ comprehendebant & mansuefaciebant) *non sine causa putant oves assumptas, & propter utilitatem, & propter placiditatem*. Non longe post: *De antiquis illustrissimus quisque pastor erat, ut ostendit Græca & Latina lingua, & veteres poëta, qui alios vocant πολυάγρους, alios πολυμήλεις, alios πολυῦτας, & quæ sequuntur*. Sic apud Hesiodum inferius πολύμηλος est opulentus. Cæterum in hoc, quem reposuimus, versu, φίλοι μακρόισι θεοῖσι, idem est quod αἰδαίμενοις. Sic & intelligendum in disticho illo in Epictetum:

Δῦλ' Ἐπίκρητ' ἡρώμελω, καὶ σῶμα' ἀνάπηρ'.

Καὶ πνίλῳ ἱρ' ἔσθ' ἡ φίλ' ἀθανάτοις.

*Servus Epictetus sum, & corpore mutilus, & paupertate latus, & tamen deis carus*, id est, felix. Terent. *Solus es quem dii diligunt*. vid. Meric. Casaub. præfationem in accuratissimam Epicteti editionem a se editam. Porro quod viri docti notant ἐπὶ βυσὶν κλείεσθαι ἢ θνήσκεν esse in prima pueritia occidi, mori, id vero ex exemplis, quæ afferuntur, non potest intelligi. Nihil aliud verba, quæ Iliad. ζ leguntur, volunt, quam illos deprehensos esse apud armenta & gregem, ibique occisos. Alioquin κλείεσθαι ἐπ' οἷσιν eandem haberet vim. Iliad. υ vero Æneas non ait se metuere Achillem, quod aliquando cum eo esset congressus ἐπὶ βυσὶν, sed contra ea Æneas ibi excusat certamen cum Achille ineundum, quia jam olim expertus sit vim Achillis, & robur ejus hastæ, quum salutem suis debuerit pedibus servatus Διὶ λαύψησθαι γῆνα.

Ὅτε βυσὶν ἐπὶ λυθὲν ἡμετέρησιν.

quum armenta nostra invalisset, inquit Æneas. quod & ipsum Achilles ei postea exprobat:

Ἦδη μὲ σίγη (φημί) καὶ ἄλλο τι θυρεὶ φόβῳ σου

Ἦ' ἔμεινεν ὅτε περ σε βοῶν ἄπο μέτρον ἐόντα

Σῶσα κατ' ἰδαίων ὁρέων περ χέουσι πόδες σου

Καρπαλίμῳ; τότε δ' ἔπ' ἐπὶ μέγα παλίζεις φέρον.

*ſam enim te puſto & alias haſta terrui. An non recordaris quan- do ſe apud boves ſolum exiſtenteſ repulſi ab Idaeis montibus ve- locibus pedibus celeriter. Tunc vero non convertebaris fugiens. Vides nullam hic reconditæ notionis formulam latere, ſenſum eſſe ſimpliciſſimum & apertum.*

v. 122. Τοὶ μὲ δαίμονες] Ariſtides, Plutarchus de oraculo- rum defectu, Plato in Cratylo, & V de legibus hos verſus ſic legunt :

Τοὶ μὲ δαίμονες ἐοῦσαι ἐπιχθόνιοι τελέθουσιν

Ἀγνοί, ἀλεξίκακτοι φύλακες θνητῶν ἀνθρώπων.

Quam lectionem vulgatæ præferendam exiſtimo tot ſummo- rum virorum auctoritate munitam.

v. 124. Οἱ ῥα φυλάσσουσὶ τι δίκας] MS I φυλάσσουσιν. Sic hic verſus legitur inferius, 254, & 233 :

Τίτλυσιν ἧ γυναικὶς ἐογκῶσι τέκνα.

Hom. Il. α. Στήθεσσι λαοίοισι Διδόδοχα μερμηρίζειν. Infinita hu- jus paragoges exempla ex Græcis poëtis facile colligas.

v. 125. Ἡ ἔρε ἐσάμφοι] Retinenda eſt antiquior verſio : *ære induti*. Virgil. *obſcuro ære ſepſi*, hoc eſt oculis ſubducti ſunt ut a nemine poſſint videri. Verſu ſequentē, *μέγας βασιλῆιον* non eſt regale munus, ſed regius honor. Hinc poſtea de aurei ſæculi dæmonibus dicit, illos quidem hiſ eſſe inferiores, nec regia majeſtate illuſtres, ἀλλ' ἔμπης πμὴ καὶ τοῖσιν ὀπηδεῖ. *Vetum etiam hi honore ſunt conſpicui*. Cur autem dæmonibus tribua- tur regius honor hanc rationem affert Plutarchus libro de defe- ctu oraculorum, quia βασιλικὸν τὸ αὖ ποιεῖν.

#### C A P U T IV.

Φυλ. νόημα. Heſiodus expoſitus. Muliebris educatio puerorum inter mala argenteæ ætatis. Μίτρεν ἥκως, θαλάσσης. Elegans Græcorum poë- tarum periphrasis. Heſiodo vetus lectio reſtituta. Ejuſdem vexatus lo- cus expoſitus. Dæmones mori exacta certa periodo. Dæmonum ſunt di- verſi gradus. Αἰθίατοι δ' ὀπίεροι. Secundus. Καλίστ' ἄπληστοι. Εὐχρότης δ' αἰδ' ἄιδυ. Κρυπτόν. Γενεά. varii interpretum errores oſtenſi.

v. 129. Οὐ πὶ φυλὴν ἐναλίγκιον ἔπ' νόημα.] Verte : *Neque corporis habitum ſimile neque ingenio*. Φυλὴ hic non

est sola statura & proceritas corporis sed conjuncta cum dignitate formæ, ut recte Græci magistri docent. Νέμες est ingenium. Glossæ MS Vossianæ: νέμεος φρόνησις. Homero φρένες. Iliad. α.

ἵππεϊ δ' ἔθελ' ἐπὶ χερσίων

Οὐ δ' ἴμεος, ἔθ' οὐδ' ἐπὶ φρένας, ἔτ' π' ἔργα.

*quoniam illi non est inferior, neque corpore, neque forma, neque ingenio, nec operandi peritia.*

v. 130. Αἰὶ' ἱκετὸν μὲ παῖς] In I MS μὲ desideratur. Viri doctissimi αἰὶ' hic accipiunt pro αἰὶ' ὅμως, quasi poëta dixerit inferiorem quidem hanc ætatem esse & deteriorem superiore, hoc tamen habuisse bonum, quod pueri aliquamdiu simpliciter, sine malo, & αὐθιγῶς apud matres fuerint educati, ut hanc longam ἐν γυναικωνίπδι ἀγέλαδ' habuerit inter notas & bona hujus ætatis, quibus sequentem antecellat. quod plane poëtæ menti adversatur, qui maternam educationem depravationi hujus sæculi adscribit, ex quo appareat longe deteriorem esse hanc ἡλικίαν priore aurea, quia pueri diu in Gynæceis latitent, & in sinu matrum adolescant, & corroborentur, qua muliebri educatione redderentur molles, imperiti, effæminari. Inde ait pueros evadere μάλ' ἀνηπίους valde rudes. Quo nomine Plato quoque educationem filiorum Regum Persiæ reprehendit. Quid verbis opus, res loquitur. Nec veteres unquam aliter hunc locum ceperunt.

v. 131. Ἡΐως μέτερον ἵκοντο] Interpp: Barbaritatis terminum attigisset. Hesych. quidem μέτερον dicit esse πείρας sed poëtis Ἡΐως μέτερον nihil aliud est quam ipsa Ἡΐη. Sic inferius μέτερον θαλάσσης est θαλάσσια. Hom. μέτερον κελύβη, κελύβη. In epitaphio Hesiodi, quod Pindaro adscribitur μέτερον σοφίης est σοφία, ut ibi legendum inferius ostendemus.

v. 134. Ἀλγὸς ἔχοντες Ἀφροδίτας] MS I, ἀφροδῆστον.

v. 135. Ὑβρις γὰρ ἀπείδαλον] Hi sunt mollis istius maternæ educationis fructus. Nihil magis facit iracundos, inquit Seneca, quam educatio mollis & blanda, ideo unicis, quo plus indulgetur, pusillisque quo plus licet corruptior animus est.

v. 140. Τοὶ μὲν ὑπερχήμοι] MS I, Ταὶ μὲν τοὶ χήμοι. Nonnulli

nulli codices quod Stephanus notat: ἐπιχθόνιοι, quam lectionem Tzezès tuetur. Nihil verius, quamvis alteram sequantur Proclus, Moschopulus, & omnes quas vidi editiones. Verum si argenteæ ætatis homines postquam mortem obierunt sunt ὑποχθόνιοι δαίμονες, quinam sunt πρῶτοι ὑποχθόνιοι, quod Tzezès merito urget. Vir magnus multus quidem est in asserenda lectione vulgata, præfatus δαίμονες δαίμονας hic coniungendum, non δαίμονες ὑποχθόνιους. ex illa enim lectione hanc absurditatem nasci, quod tum δαίμονες etiam cum θνητοῖς sit coniungendum: hinc vero confici primos etiam fuisse θνητοὺς contra doctrinam Platonicam. Sit contra doctrinam Platonicam, non tamen est contra Hesiodi, qui dæmonas quoque exacta certa periodo mori cecinit. Plutarchus de oraculorum defectu: Ο' Ἡσίοδος οἶσται καὶ Ἐπειῶν πρὸς χροῖον γένος τοῖς δαίμονσι τὰς πελυσίας λήξαι ὅτε ἐν τῇ τ' Ναϊδίῳ παρὰ τὴν καὶ τ' χροῖον ἀνιττήμενοι.

Ἐννιά τοι ζῆνός γε λακέρυζα κερῶν

Ἀνδρῶν ἡβῶντων· ἔλαφός δ' ἐπὶ περὶ κερῶν.

Τρεῖς δ' ἔλαφος ἡ κέρως γε γηρόσκιος. αὐτὰρ ὁ φοῖνιξ

Ἐννία τὸν κέρως· δὲ δ' ὑμεῖς τὰς φοῖνιγας

Νύμφας ὑπὸ κερῶν, καὶ Διὸς ἀρχαῖοι.

Hesiodus certis temporum conversionibus mortem dæmonas oppetere censet, & tempus etiam sub involucrio proponit, hac sub Naïdis persona loquens: Novem hominum vegetorum ætates garrula cornix vivit, cervus autem quatuor cornicum, tres autem cervi corvus. Sed phœnix novem corvorum: vos autem Nympha formosæ, Jovis filia decem phœnicum. vide ibi plura. Sane primos δαίμονας ætatis aureæ fuisse quoque θνητοὺς an non ista verba ostendunt? v. 116:

Θνησκον δ' ὡς ὕπνῳ διδμηδρόι. Moriebantur vero tanquam somno obruti. & v. 121:

Αὐτὰρ ἐπεὶ κεν τῷ τ' ἦν γαῖα κάλυπτον.

Verum postquam & hoc genus terræ texit. hoc est ὡς γῆρας καὶ ἀπώλεια, inquit Tzezès MStus Vossii, in edito enim hæc desiderantur. Verborum autem Hesiodi hæc est σωείπεια. Τοὶ μὲν πρώτοι θνητοὶ καλεῖσθαι δαίμονες ἐπιχθόνιοι. Hi beati mortales secundi sunt terrestres scilicet dæmones: hoc est secundi

gradus, inferiores illis dæmonibus, qui ex aurei sæculi θνητῆς sunt orti. qui quidem non regium honorem sunt adepti, ἀλλ' ἑμπερὶ πρὸς καὶ τοῖσιν ἀπὸ θεῶν. *sunt tamen & hi in dignitate constituti.* Dæmones esse diversorum graduum nemo dubitat. Eἰσὶ γὰρ οἷς ἐν ἀνθρώποις, inquit Plutarchus, καὶ δαίμονες ὁριτῆς ἀλφειορροΐας. *sunt enim sicut inter homines, sic etiam inter dæmones diversæ virtutum gradus.* Δαίμονες δ' αὖτεροι sunt inferioris loci & ordinis dæmones, ut δ' αὖτεροι ἀθάνατοι, dii inferiores, minorum gentium, apud Maximum Tyrium: dissertat. x x v i : Θεὸς μὲν οὐκ αὐτὸς καὶ χεῖρον ἰδρυμένον, οἰκιστομεῖ τ' ὑπερὸν καὶ τὴν ἐν ὑπερὸν τίξιν. Eἰσὶ δ' αὐτῶν φύσεις ἀθάνατοι δ' αὖτεροι ἐν μετὰ τὴν γῆς καὶ ὑπερὸν πεπυγμένοι, θεῶν μὲν ἀδελφεοί, ἀνθρώπων δ' ἐχθροί, &c. *Deus quidem eodem in loco manens, cælum regis, omniaque in eo ordinat ac disponit. Immortales autem quasdam habet potentias, quas secundos immortales vocat. Hi sunt Deo infirmiores, hominibus vero potentiores. Sic & servi apud Florum III, 20, secundum hominum genus, quasi sint viliores & inferiores aliis hominibus: Enimvero servitium armorum dedecus ferat. Nam & ipsi per fortunam in omnia obnoxii, tamen quasi secundum genus hominum sunt. Cic. III de off: quasi secunda quadam honesta esse dicunt. Et tela secunda apud Ovid. superi vocant illud fulmen cui dextra cyclopium flammæ & iræ minus addidit. Inde & illæ locutiones apud Græcos δ' αὖτεροι ποιεῖν, πηδεῖν, ἀγειν, postponere. Lucian. Εἰ με δ' αὖτερον ἀγεις Ἑρμῖον, si Hermioni me postponis. Καλίσταν vero hic est εἰσὶ. Superius v. 122 dixit δαίμονες εἰσιν ἐπιχθόνιοι, hic dicit eodem sensu καλίστανται ἐπιχθόνιοι. In sacris litteris καλίστανται ὑοὶ Θεοῦ, hoc est, ἴσονται. Apud nostrum inferius v. 1715:*

Μηδὲ πολύξεινον, μηδ' ἀξείστον καλίσταν.

*Nec vero multorum hospes, neve nullius sis.*

De quo loquendi genere sacris pariter & τοῖς ἑξῶ scriptoribus familiari plura pridem præceperunt viri magni, Casaubonus ad Theocritum, & Grotius ad Novum Fœdus.

v. 149. Αἱ πλάσι] Latinis sunt *inconditi*, qui moribus sunt inculti. Τρεῖς αἱ γέλοι. Cic. *vasti & agrestes.* v. 149 Uterque codex MS: πῶροισι μέλεισιν. versus sequens in primo sic se habet:

bet:

bet: πῶν δ' ἔω χαλκία τάχα, χαλκίοι δὲ τοι οἴκησι. vers. vero 151 idem liber μέγας pro μέλας.

v. 153. Βῆσαν ἐς Διῶντα δόμον κρυερὴ αἶδαο] Εὐρώης δόμος multis antiquis & recentioribus est πλατὺς, laxa, ampla domus. Et sic C. Barthius Adversar. XXX, 13, qui hoc loco utitur ad firmandam correctionem Horatii, in quo pro *domus exilis Plutonia* substituunt *domus exilis Plutonia*. Sed hanc emendationem merito rejecit Vir magnæ & diffusæ eruditionis Johannes Gerhardus Vossius, qui docuit sedem exilem Plutonium Horatio non esse amplum illud mortuorum receptaculum, sed sepulchrum. quod certissimum. Διῶντα hic est squalidus ab Διῶς situs, squalor. ut Virgilius *loca fœta sœtu* dicit: aut tenebricosus. Glossa MS Vossii: Διῶντα, σκοτεινόν. Suidas: Διῶντα, σκοτεινὰ, ζοφώδη. Sic & Hesychius & Etymologicum Magnum. Sophocles Ajace Flagellifero v. 615: Αἶδαν Ἀδαν, Homerus & noster in Theogon. ζόφον ἡρώεντα, Æschylus Prometh. 432: Κελαινὸς αἶδα μυχός. Latini sæpe *caca tartara*. Inferius in Theogonia v. 729:

Εἴθε θεοὶ Τιτῆνες ὑπὸ ζόφῳ ἡρώεντι  
Κρυφαίῃ, βαλῆσι Διὸς τεφελυγάρτεο,  
Χάρις ἐν Διῶντι.

*Illic dii Tisanes sub caligine opaca*

*Abconditi sunt, consilio Jovis nubes cogentis,*

*Loco in squalido.*

sic & v. 739. Κρυερὸς vero non est meo judicio frigidus, sed dirus, illætabilis, horrendus, ut in Theog. 657 δῖη κρυερὰς, grave damnum, & 636 πόλεμος κρυόεις, horrendum bellum. In Ἀσπίδι κρυόεις Τάρταρον, eadem ratione dicitur, pro quo in eodem carmine: νυκλὸς ἐρεμνῆς οἰκία δεινὰ, ποῖς obscura domus horrenda. Hesych: Κρυερὸν, φρικτὸν, μισητὸν, αἰανδὸς, φοβερὸν, ἐλπίον, οἰκτρὸν, δεινὸν, χαλεπὸν, πονηρὸν, κρηρὸν, δύχερες.

v. 156. Αὐτὰρ ἐπεὶ κὺ τῷτο γένε] Quæ viri docti de Ἀλκυονίδας hic subtiliter disputant inter λήξας diversarum ætatum ego sane ut ex poetæ verbis cogi possit nullus video. Tertiz enim ætati illum ipsum poetā ἐπιφωνεῖ, quod iis, quibus λήξει adlignasse dicitur. Αὐτὰρ ἐπεὶ κὺ τῷτο γένε κτ' γαῖα καλύψι.

V. 162. *Προτέρη γένεσις*] Verte: *priori aetati*, non *generationi*, ut vulgo. Qui error passim quoque obviis in sacrarum litterarum interpretibus. Γένεσις Latinis est *aetas*. quod Homerus dixit

Τὰ δ' ἤδη δύο μὲν γένεσις μερόπων ἀνθρώπων  
Ἐφ' ἧαδ'

hoc Ovidius interpretatur XII Metam: *vixi Annos bis centum, nunc tertia vivitur aetas*. Horatio est *aevum*, cui Nestor perhibetur *senex ter avo superatus*. Ante Olympiades Graeci per γένεσις rationes temporis colligebant, ut Porphyrius ostendit, qui γένεσιν definit *πλὴν τῆς πεντήκοντα καὶ ἑξαεὶς πλείων*. sicut & Plutarchus, qui quum dixisset Heraclitum *ἐν τετρακόντε ποιεῖν τὴν γένεσιν*, subiicit, *ὅτι ἡ γένεσις ἑξαεὶς πλείων ἐστὶν ἐξ αὐτῆς γνησθημένη ὁ γνησθεὶς*. spatium quod a natali pertinet ad tempus generationi aptum, quod circumscribunt triginta annis. Alii tamen productiores, alii fecerunt angustiores γένεσις. sunt enim qui uno anno, sunt qui septem, decem, viginti, quinque & viginti, triginta, sunt & qui centum annis definiunt γένεσιν. Quo sunt antiquiores tanto sunt longiores, monente eodem Porphyrio.

## C A P U T V.

Versus Hesiodi fugitivus ex MSC & antiquis Interpretibus revocatus & suo loco repositus. Saturnus Rex Heroum in beatis Insulis. Hæ in Oceano locatz. Hesiodus bis restitutus, & aliquot locis expositus. Παλιγγενεσία. Elegans futurorum usus. Θεῶν ὅμιλος. Hesychius correctus. Ὅππῃ ἔχειν. Οὐ πῶς. Εἰδέν. Hesiodo denuo medela. Φύλα Θεῶν. Trajectio versuum in Hesiodo observata. Versio Latina sapius castigata.

V. 169. ΤΗΛΞ ἄπ' ἀθανάτων τύσι Κρόνῳ ἐμβασίλους] Hunc versum ex MSto I I hic reposui, quem olim quoque in antiquis extitisse exemplaribus, sed a nonnullis fuisse ejectum cum sequente tanquam ineptum, & qui Hesiodo sit indignus, Proclus testatur. Quorum iudicio si stamus, proximus etiam versus est expungendus. A Tzeze sane non videtur agnitus esse, nisi credibilis sit alterum illum quem cum hoc prisca Critici ἀνέλιπον etiam nunc desiderari, sicut quem nunc ex MS reponimus, in editionibus desideratur, propter illam causam quam Proclus nobis ostendit. Eam tamen mihi non probant acerbi illi

illi censores, quorum obelis quam multi confoderentur si ad hanc legem essent exigendi. Plures enim hoc longe deteriores in Hesiodo reperiuntur. Quin hunc optimis non dubito accensere. Quid enim sive verba spectes, numerosus, sive sententiam, pulchrius? Imperium autem in heroes in beatis insulis degentes veteres Saturno tribuunt. Inscriptio elegantissima monumenti Regillæ uxoris Herodis:

Ἡσι πρὲ ἰσθὸν εἶδ' ἐὺζῶνοιο γυναικὸς

Ἀγκείται, αὐτὴ δ' μετ' ἡρώησι νέναιται

Ἐν μακάρων νήσοισιν ἵνα Κρόν' ἐμδασινάδῃ.

*Quibus (sc. deabus) sacra hac statua pulchra factima*

*Dedicata est. Ipsa vero inter heroidas habitat*

*In beatorum insulis, ubi Saturnus regnat.*

Ultimus versus ex isto Hesiodi est expressus. Salmasius dubitat an usquam legatur beatas insulas fuisse sub Saturni imperio. Sed præter Hesiodum Diodorus Siculus etiam lib. III hoc tradit.

v. 171. Πὰρ Ὠκεῖαν βαθυδίνην] Græci Magistri Ὠκεῖαν hic locant & exponunt ἐν τῇ αἰετῇ. poterant aliud agere. Poëtæ enim beatas insulas statuebant in Oceano. Horat. libro IV carm. 16.

*Nos manes oceanus circumvagat: arva beata*

*Petamus arva, divites & insulas.*

v. 173. Τεῖς δ' ἔτις] Restitui lectionem veterem, quam MS I, & Tzetzes nobis servavit: πρὸς ἑπ' . Sic inferius τεῖς δ' αὖτ' παρέχον. vidit & H. Stephanus.

v. 174. Μῆκετ' ἔποιτ' ὠφελον] Ordo verborum quem in his binis versibus Tzetzes instituit tam ineptus quam sensus quem ex iis conficit. Ait enim Hesiodici voti hunc esse sensum se maluisse mori ante heroici seculi exitum, quam post illum nasci. Sed hoc ab Hesiodi mente alienum plane est, qui optat ἢ ὅθ' ὅτ' ἔτις quam quinta ætas ingruerit, ἢ ἔπειτα γένεσθαι, quam meliora scilicet tempora reslorescent. Persuasum enim habebant poëtæ & plerique Philosophi, præcipue Platonicæ, exacta hac misera ætate παλιγγενεσία futuram, omnia reditura in suos ortus & pristinam felicitatem. Inde Probus ad illud Virgillii,

*Ultima Cumæi venit jam carminis ætas.*

notavit Cumæum carmen esse carmen Hesiodi, quod sic dicatur



a patre Dio, qui Cumæus fuerit. Sed quid his immoramur? Nihil est in poetis decantatius, qui tamen omnes videntur hanc opinionem ex isto Hesiodi loco hausisse.

v. 178. Εὐτ' ἂν γεινόμενοι πολικροῦταφοι τελέθωσι] Insulse interpretes Latini: *Postquam facti circa tempora cani fuerint*. An γινεῖσθαι πολικροῦταφον τελέθειν est fieri canum? quid absurdius fingi potest? γεινόμενοι sunt πεχθόντες. Sic autem verte: *Quum vix nati canescant*, hoc est senescant, quum vix postquam lucem adspexerunt senio conficiantur. Hinc paulo post αἵψα γηροποιῶντας τεκῆας appellat. Conqueritur de vitæ brevitæte, cui quintæ hujus ætatis homines sunt obnoxii, quod celeriter tacitis consenscant annis. Hoc est de quo toties conqueruntur poetæ, meliores annos esse fugacissimos. Theocritus: Μὴ καυχῶ ταχα γάρ σε παρέρχεται, ὡς ὄναρ, ἥδη. *Noli superbire. celeriter enim te relinquit, tanquam somnium, adolescentia*. sed hæc Anthologiarum scriptoribus relinquamus.

v. 180. Οὐδὲ πατὴρ παίδεσσιν ὁμοίως] Non hæc referenda sunt ad ἰδίας ὁμοιότητάς, ut non nemo facit, sed ad γνώμης. Loquitur de discordia & dissensione animorum, quæ miseros mortales hujus ætatis sic exagitat, ut omnia sint ὑπὸ πύλῃ, nusquam candor, fides, infucatus amor, ne inter parentes quidem & liberos. Ovid.

*Filius ante diem patrios inquit in annos.*

Glossæ MS Vossii: ὁμοίῳ, ὁμογνώμων. Græci magistri, ὁμοίως, ὁμοιογενής, σύμφωνος. Alia ratio est inferius, v. 235:

Τίλινον ἢ γυναῖκες τοιχότα τέκνα θινδῶσιν.

*Pariunt vero mulieres similes parentibus liberos.*

Hic utique loquitur de αἰδώς ὁμοιότητι. Liberi enim qui parentum os referebant habebantur pro nota & argumento maternæ pudicitie. Horat. I V, 6:

*Nullis polluitur casta domus stupris,*

*Mos & lex maculosum edomuit nefas,*

*Laudantur simili prole puerpera:*

*Culpa pœna premit Ceres.*

Cui non dictus Hylas?

v. 185. Ἀπμήσυζι] Barbare interpretes: *Dehonorabunt.*

Ἀπμή-

Ἀπμήσους autem est ἀπμῶν φίλῃσι. sic & versu sequente μέμψον) est μέμφει φίλῃσι, & vers. 189, ἔπερ' ὃν ἑτέρῃ πόλιν ἐξαλαπάξει, est ἐξαλαπαίζειν εἶη solet expugnare. vers. 225: οἱ τί μιν ἐξαλάσωσι, qui ipsam expellere solent, sic ex MSS ibi legendum. & v. 323:

οἷα τε πολλὰ

Γίνεται, αὐτ' ἂν δὴ κέρδιον νόον ἐξαπατήσῃ, id est, ἐξαπατῶν φίλῃ. & mox v. 327:

Ἴσσι δ' ὅς θ' ἰκέτω ὅς τε ξείνοι κακὸν ἔρξῃ.

hospitem malo afficiet, hoc est afficere solet. Sic & Latini hoc tempore utuntur, hinc in versione retinui. Horat:

*Non hic cuiquam parcat amico.*

hoc est, parcere solet. Pers. Sat. 11:

*At bona pars procerum tacita libabit acerba.*

hoc est, libare solet, ut bene ibi πολυμῶν ἴσαι. Casaubonus, quem vide, qui & Hebræos hoc genere loquendi usos esse docet, a quo nec Græcos abhorrere a nemine quod adhuc memini observatum, hi loci Hesiodi argumento sunt. Aoristis quidem hanc vim inesse tralaticium est, ut & apud nostrum 240:

Τοῖσιν δ' ἑρμῶν μέγ' ἐπήρα γὰρ πῆμα Κρονίων.

*Illis autem coelestis magnum importare solet malum Jupiter.*

& sæpe alias. Theogon. v. 87:

Αἶψα τε καὶ μέγα νεῖκος ἐπιστὰ μῦθος κατέπασσε.

*Statim etiam magnam contentionem scite dirimere solet.*

v. 187. Οὐδὲ θεῶν ὅπιν εἰδότες] Imperite interpretes: Neque Deorum oculum veriti. Verte: neque Deorum iram veriti. Inferius v. 252, θεῶν ὅπιν σὺν αἰέροντες, deorum animadversionem non curantes. Ubi iterum interpretes sine sensu: Nullam Deorum reverentiam curantes. Homer. Iliad. π.

Οἱ βίη εἰς ἀγορῇ σχολιαὶς κείνῃσι θύμιστες,

Ἐκ δὲ δικῶν ἐλάσωσι, θεῶν ὅπιν σὺν αἰέροντες.

Hic Interpretes: Deorum rationem nullam habentes, quod ferri posset, ut apud Herodotum Calliope: ὅτι δαιμόνων ὅτι θεῶν ὅπιν ἔχοντες. Neque geniorum neque deorum rationem habentes.

At Οἶδους. φ. v. 29:

Ἐχέτλιοι καὶ θεῶν ὅπιν ἠδίσκον καὶ τρεπίπουν.

Inter-

Interpretes rursus incite vertunt: *deorum providentiam reverentis*. In omnibus his locis ὅπτις est ira, pœna, vindicta, animadversio. Hesych: ὀπίδα, ἐπιστροφὴ, ἐπιστροφὴ. Item: ὀπτις, ἀπειροφῆ, φωνή. Corruptissime. lege: ἐπιστροφῇ, πονή. Noster in Theogonia, 222 de Parcis:

Οὐδέποτε λήγουσι καὶ δαιμόιο χόλοι,

Πρὶν γ' ἀπὸ τῶ δώσι κακὸν ὅπιν ὅς τις ἀμείβῃ.

Non ante deponunt dea gravem iram,

Quam ab illo pœnas sumserint magnas qui peccavit.

Unde & Nemesis ὀπτις, & Ionice Οὐπτις dicitur in Inscriptione Herodis Attici:

Ἡ τ' ἐπὶ ἔργα βροτῶν ἐλάσεις Πάμνυσιας Οὐπτις.

Qua facinora hominum punis Rhamnusia Upi.

Ut bene emendavit & exposuit maximus Salmasius. quam appellationem Nemesis quidem ἀπὸ τ' ὀπτις accepit, non tamen hoc nomine, quod ὀπτις seu curam gerat rerum humanarum, sed quod animadvertat & puniat mala & improba audacium & insolentium hominum facinora. quas Nemesis partes esse nemo ignorat. Εἰδότες apud Hesiodum sunt Φοβέμενοι. Hesych. εἰδότες, ἐφοβεῖτο. v. 190 pro ἐξαλαπάξει MS II, ἐξαλαπάζει. Male.

v. 199. Ἀθηνάων καὶ φύλοι' ἴτην] φύλοι' ἐνικῶς apud Græcos scriptores in hac notione non legitur. Itaque hic locus mihi mendi dudum fuit suspectus, quod deterfit MS II, ex quo legendum φύλ' ἴτην. ἴτην fuit etiam in codice Palatino & conspicitur in margine Stephanianæ editionis. Hinc & statim ἀελλίπντε non ἀελλίπντες. Ἀθηνάων φύλα sunt dii. & sic vertendum, non ut vulgo: *familia Deorum*. sic superius φύλ' ἀνθρώπων sunt homines, φύλα γυναικῶν mulieres.

v. 207. Δαιμονίη τί λείληκε] MS I λείληκε. probat Tzetzes.

v. 210. Ἀφρον δ' ὅς κ' ἐθέλοι] Versum istum & sequentem obelis suis confodit Aristarchus, quia brutis non convenient *γνώμας*, sententiæ. Et mihi videtur absurdum. Ἐπιμύδια enim ἀλογιστοῖς solent addi. Itaque jam olim persuasum mihi fuit accuratius de hoc loco cogitanti ab antiquissimis temporibus hos versus laborare trajectione, qui sic restituendi sunt suo ordini:

Δεῖπνον

Δείπνοι δ' αἶψ' ἐθέλω ποιήσασθαι, ἢ μεθήσαν.

Ὡς ἔφατ' ἀκυπνίτης ἱρήξ ταινυσίπτερος ὄρνις.

Ἀφρων δ' ὅς κ' ἐθέλοι σφῆς κρείσσοις ἀντιφείζων,

Νίκης τι σίρεται, σφῆς τ' αἰχμασιν ἄλγεα πάχι.

In hac opinione me confirmavit Manuscriptus prior Vossianus, in quo idem ordo servatur, nisi quod sequens versus Ὡς Πίρση, σὺ δ' αἶψα δίκης male præcedat ἐπιμύδιον. Sic enim ille liber, recens quidem, sed ex optimo exemplari descriptus hos versus digerit:

Ὡς ἔφατ' ἀκυπνίτης ἱρήξ ταινυσίπτερος ὄρνις,

Ὡς Πίρση, σὺ δ' αἶψα δίκης μὴδ' ὕβρει ὀφθαλμοῖς.

Ἀφρων δ' ὅς κ' ἐθέλοι, &c.

Tzetzes totam hujus fabulæ, quæ eodem ordine in exemplaribus ejus tunc descripta erat, ut nunc in nostris, σνώπῃσιν damnat, non verborum, quasi aliquid σλόικον, aut σλοικωφασίς hic sit commissum, ut viri docti ceperunt; sed sententiæ & totius orationis, quæ non videtur commode coherere. hinc & ipse versus alio locat ordine, quam quem vulgo tenent. vide ejus Commentarium.

## CAPUT VI.

Ἐθλός. Bonus. Δεῖλός. Hesiodus ter explicatur. Ἰθεῖαν γέμει. Ἐξελάσσει. Ἔργα θαλίης. Hesiodus quater emendatus. Ἀπαυρεῖν. Ἐπαυρεῖν βασιλῆος, ἀνδρὸς, κερκαρασίας. Interpretum Homeri & Hesiodi aliquot errata. Κυδρὸς. Οὐνοτάλει δίκην. Πιστινός. Hesiodi non intellecto loco lux. Δίκαια. Ἀλήθεια. Βλάπτειν δίκην. Versus Hesiodi suppositivus indicatus.

v. 214. **Υ**βρεὶς γάρ τι κακὴ δεῖλός βροτῶν. εἴδ' μὲν Ἐθλός P' ἡδὺς φερέμεν δυνάμει] Ἐθλός, ut recte vidit Plutarchus hoc loco est ὁ τῇ τύχῃ καὶ τῇ δυνάμει σφείζων, potens, nobilis, dives, ut apud Latinos, bonus. Flor. l. 7: Ipse in senatum cadibus, in omnes superbia, qua crudelitate gravior est bonis, grassatus. Plaut. Curc. IV, 1, 14: In foro infimo boni homines atque divites ambulant. Cic. IX ad Att. 12: Aediles ludos parant? viri boni usuras perscribunt. Apud quem infinita sunt fere exempla. Δεῖλός contra est tenuis, inops. Glossæ MS Vossii, & Græci ma-

ci magistri Δεῖλδ', ἀγλυνεῖ, ἀδυνατεῖται. Hunc sensum esse hujus loci ex præcedente fabula quoque intelligitur. In versu antecedente ἀκρεῖ δικῆς est obtempera justitiæ, sequere justum. inferius v. 273 ἐπακύνει δικῆς.

v. 219. Αὐτίκα γδ' ἐτίχθ'] Hunc versum optime ὁ πᾶν interpretatur. significat enim Hesiodus religionem jurisjurandi, quæ se judices obstringunt, violari, simul ambitioni subscribunt aut gratiæ, aut largitionibus corrumpuntur; hanc vero læsam fidem sacramenti sequi pœnam perjuris debitam. Nam versu sequente ἐλαγμύρης est ἀγρμύρης βιαίως, σὺν βίᾳ, jus quod aut gratia inflectitur, aut potentia perfringitur, aut pecunia adulteratur, & violente opprimitur, ut Cic. inquit.

v. 222. Ἡθ' εἰα λαλῶν] stultissime interpretes: *mores populi*. Ἡθ' η hic sunt ἀγλειςθαι, τόποι, vici, domus, sedes populi qui tales injustos habent magistratus. v. 525:

Εἴ τ' ἀπύρῳ οἶκῳ καὶ ἐν ἡθεὶ λούραλοιςιν.

*In frigida domo in adibus tristibus.*

Nihil tritius.

v. 224. Καὶ σὺν ἰθεῖαν ἔνεμον] Ridicule interpretes: *neque recte distribunt*. Ἰθεῖαν νέμειν Aristoteli V Ethic. est δίκαια νέμειν, jus reddere, in sequente versu δικὰς δίδουαῖ ἰθεῖας, *rectam ferre sententiam*. Optime hunc locum interpretatur Eustathius ad Iliad. ψ,

Εἶδ' αὖ γ' ἐγὼν αὐτὸς δικάζου, καί μ' ἔπειτα φημὶ

Ἄλλον ἐπιπλήξειν Δαναῶν ἰθεῖα γδ' ἔσται.

*Age ipse judicabo & me nullum puto*

*Reprehensurum Græcorum. rectum erit iudicium.*

Ubi Eustathius notat ad ἰθεῖα subintelligi δική. Τὸ δ' ἰθεῖα ἐλ-  
λειπῶς καὶ αὐτὸ εἰρηται. Εἰληπται γδ' ἀπὸ κρινεῖ τὸ δίκη ὄνομα ἐκ  
τῆς δικάζουσθ' ῥήματι. εἰς δ' σαφένειαν τῆς τριακτῆς λέξεως πρῆσι-  
μῳ καὶ Ἡσίοδῳ τὸ ἰθεῖαν ἔνεμον, ἥτοι τὴν δῶνται δίκην. In  
hoc versu legitur in utroque MSto οἱ τε μιν ἐξελάσσωσι pro ἐξε-  
λάσσωσι. Optime. Hom. Iliad. π.

Οἱ βίη εἰν ἀγρῶν σκολιὰς κλέωνσι θήμιας,

Εἴ καὶ δίκην ἐλάσσωσι, θῶν ὅπιν σὺν ἀλέγωντες.

v. 231. Θαλίης δ' μεμηλότα ἔρξα νέμονται] Hic vero mirifice

Inter-

Interpres: *In conviviiis autem partis opibus fruuntur.* Unde hanc versionem exculperint, quid viderint, legerintque ego quidem exputare nullus possum. Quid enim a poetæ verbis comminisci poterant remotius? ubi partarum opum mentio? Hinc non immerito olim a viris doctis hæc versio fuit improbata. sed nec hi, quod pace illorum dixerim, plus viderunt. Volunt *ἡμέλῃς μεμελῶς* esse per idiotismum poetis familiarem *ἡμέλῃον*, legendumque *ἡμέλῃ μεμελῶτες* ac vertendum fructus colligunt florentes. Hæc quidem eruditionis & acuminis specie blandiuntur, sed revera a Græcæ linguæ indole abhorrent & mente poetæ. Sensus est simplicissimus per *ἡμέλῃς μεμελῶται ἔργα* intelligi ipsa convivia, sicut *ἔργα Ἀφροδίτης* sunt *συναίσια*. *ἔργα Ἀρη* Ⓞ bella: seu opera pertinentia ad convivia, quæ grata sunt convivis. *ἡμέλῃς μεμελῶται ἔργα νέμονται*, exercent opera grata convivis est id ipsum quod superius dixerat *τέρποντ' ἐν ἡμέλῃς* convivio celebrant. *Νέμεαδ' ἡμέλῃς* ut apud Pindarum *νέμεαδ' αἰῶνα*. *Δάκρυις νέμονται αἰῶνα*. hoc est *Δάγυσσι*, ut scholia antiqua exponunt. Nimirum qui justitiam colunt, illos poeta affirmat, aureæ ætatis hominibus similem vitam agere, in perpetuo gaudio sine curis & mœrore. Hinc & addit illos non currere per maria & undas, sed contentos cœnis terrestribus, & post quas non lavandæ sunt manus, & quos humus fert fructibus pasci, æque ut illi beati seculi mortales. Proclus sic hunc locum intellexit: homines justos vivere semper in conviviiis, & in iis agere opera ad agriculturam pertinentia. In MS I legitur *ἡμελῃς*. In 2 *ἡμελῃς*, in casu secundo. In præcedente versu liber I: *ἡσθίησι*.

v. 233. *Ἄκρη μὲν τε φέρει βαλάνους, μέσση δὲ μελίσσαις*] MS I *ἄκρη*, *μέσση*. Videtur Tzezes hanc lectionem agnovisse, qui exponit *ἐν ἄκρη*, *ἐν μέσση*. Vulgata tamen lectio melior. v. 237 pro *νείσονται* MS I *νύσονται*.

v. 240. *Πολλὰ κὶ ξύμπασσι πόλις κακῆ ἀνδρὸς ἐπαυρεῖ*] MS I, *ἀπύρεα*. Sic legit Æschines oratione contra Ctesiphontem, Tzezes, antiquus scholiastes Pindari ad Pythionic. 111: Eustathius ad Iliad. α, cujus verba sunt: *ἵνα λέγη σεμνῶς καὶ σφίμως, πάντες ἐπαυρώνται βασιλείῃς τῆς κακῆς καὶ τοῦ*.

Πολλοὶ καὶ ξύμπασι πάλιν κακῷ ἀνδρὸς ἀπήυρα.  
 ἔνθα ὅρα τὸ ἀπαιρεῖν τωτὸν ἐν τῷ Ομηρικῷ ἐπαιρεῖν, διὸ καλῶν ἢ  
 αὐτῶν ἐρμηνοία. Apud Hesiodum inquit ἀπαιρεῖν eandem vim  
 habet quam apud Homerum ἐπαιρεῖν. Ecquis dubitet Hesiodum  
 scripsisse ἀπήυρα quod postea scioli moti vocis insolentia in hac  
 notione mutarunt? Ἐπαιρεῖν enim pro ἀπαιρῆναι poenas dare,  
 damno affici frequenter apud Homerum aliosque legerant, sed  
 ἀπαιρεῖν in hac significatione non nisi in hoc Hesiodi loco, nisi  
 me fugit memoria, reperitur. Alioquin pro ἀφαίρειν & apud  
 Homerum & apud nostrum sæpius legitur. Non dubitavi red-  
 dere suam lectionem Hesiodo fundatam tot antiquorum scri-  
 ptorum auctoritate, quamvis editi libri repugnent omnes. Cæ-  
 terum verba illa Homeri, ad quæ Eustathii scholion laudavi-  
 mus, Iliad. α., ἵνα πάντες ἐπαιρῶνται βασιλῆϊ, Latini inter-  
 pretes transtulerunt: ut omnes fruantur rege. poterantne insul-  
 sius? ἐπαιρῶνται βασιλῆϊ est plectantur propter regem, luant  
 regis stultitiam. Nec melius. Iliad. ζ,

Τέταρ δ' ἄτ' ἄρ' οὐκ φέρεται ἔμποδοι· ἐδ' ἄρ' ἐπίσσω

Ἐσονται· τῷ κέν μιν ἐπαιρήσασθ' οἶω.

*Huius etiam noque animus constans est, neque in posterum*

*Erit; idcirco ipsum poenas daturum puto.*

Sic vertendi hi versus. Iliad. σ.

Οὐ μέν οἱδ' εἰ αὖτις κακὸν ῥαφίης ἀλεγυμένης

Πρώτη ἐπαιρήσασθαι.

*Nescio an non insidiarum infelicium*

*Prima poenas luas.*

Similiter peccarunt Latini interpretes inferius apud Hesiodum  
 v. 419: Πλείον ἤ νυκλὸς ἐπαιρεῖ, hoc est, *magis autem nocte la-*  
*boras*, subintelligitur hic κακῶτε. πλείον κακῶτε ἐπαιρεῖ ma-  
 jores capit labores. Illi inepte: *magis autem nocte fruitur*. Ἀπαι-  
 ρεῖν, & ἐπαιρεῖν βασιλῆϊ, ἀνδρὸς, κακὸν ῥαφίης sunt locutiones  
 concisæ, in quibus subintelligitur κακὸν & οὐκ, αὐτ' ἐνέκα. ut inte-  
 gra sint ἐπαιρεῖν κακὸν ἐνέκα βασιλῆϊ, οὐκ κακὸν ῥαφίης. sane κα-  
 κὸν additur Οδυσσ. σ.

Μήτε τι κακὸν καὶ μεῖζον ἐπαιρήσας.

*Ne majus malum capias*. Sic & ἐπαιρήσας ἀγαθὸν apud Andoci-  
 dem.

dem. Similiter inferius Theog. v. 882, *κελευσας πρῶτων* sc. ἐνίκης. *certare de honoribus*. Tales ellipses Græcis scriptoribus tam qui soluta, quam pedibus constricta utuntur oratione, non sunt infrequentes.

v. 248. *Καὶ φροῦζεο καὶ αὐτοὶ πλῆθος δικῶν*] est, *Considerate & ipsi hanc poenam*, quæ injustis magistratibus & iniquis infligitur hominibus. Respicit enim ad illam *δικῶν*, de qua paucis abhinc versibus egerat:

Τοῖς ὃ δικῶν Κρονίδης περμαίρεται δ' ὀνόματι ζεύς.

sane quam inficere Latini interpretes hic: *Considerate hanc justitiam*.

v. 256. *Σηθλίῳς ὀνομάζων*] *ὀνομάζων* Eustathius exponit *μεμφομένῳ*. Hesych. *ἐκφωλίζων*, *ὕβριζων*. Proclus *ᾧ ὀνομαζομένων*, ut apud Cic. *adulterare pecuniā jūis*. quod qui faciunt contumelia deam afficiunt. Paulo ante *ᾧ κλέινειν δικάς* Cic. est *inflectere jūis gradia*.

v. 257. *Κυδρὴ τ' αἰδέειν*] MS I I *κυδρὴ*, & Proclus: *ἀπὸ τ' ἔχθρας*, inquit, *γίνεται κυδρὸς*, καὶ *κυδρὴ*, ὥς *ἀπὸ τ' ἔχθρας* *ἐχθρός*. Sic & Etymol. Magni auctor & Hesychius: *κυδρὴ*, *ἐνδοξέω*, *σημνὴ*, *πρέια*, *ἐνέμεω*. Hom. *Διὸς κυδρὴν περὶ φρεσίνης*. *Κυδρὸς* nihili vox est.

v. 260. *Ἀπειθαλίας βασιλείων*] Uterque MS Vossianus, Palatinus, editio Iungtini: *βασιλῆων* probante Tzeze qui ait *λη* & *ων* coalescere in unam longam.

v. 265. pro *οἱ αὐτῶ* MS I, *οἱ θ'* αὐτῶ.

v. 267. *Πάντα ἰδὼν Διὸς ὀφθαλμοῖς*] Hunc cum sequentibus sex versibus expungit Plutarchus. vide Proclum.

v. 273. *Δία περὶ κίραων*] MS I. *Δία μετ' ὀφθαλμοῖς*. Glossa MS. *βελούκηον*.

v. 277. *Οἰωνοῖς πετεινοῖς*] Uterque Codex Vossianus: *πετηνοῖς*. Sic etiam Moschopuliani codices: *πετηνὸς*, inquit, *ποιήκως*, *κρινῶς* ὃ *πτηνὸν* καὶ *πετεινόν*. Apud Porphyrium de abstinentia animalium extat quoque *πετηνοῖς*.

v. 280. *Εἰ γάρ τις κ' ἐθέλη τὰ δίκαι' ἀγροῦν Γενώπων*] Nec Græci nec Latini interpretes hunc locum ceperunt. *δίκαια* non sunt justa, quod omnes existimant, sed *αἰληθῆ* vera ut ex *αἰληθὲς* patet.



patet. Verum autem pro justo, & justum pro vero in utraque lingua frequens esse in tanta litterarum luce multis docere putidum est. Priscianus lib. XVIII: *Justum pro vero & verum pro justo frequenter tam nos quam Attici ponimus.* Inferius 768. ἀλήθεια pro justitia:

Εὐτ' αὖν ἀληθείῳ λαοὶ κείμεντες ἄρχιν.

*Cum in rebus agendis populus est occupatus. in jure dicendo.* κείμεν ἀλήθειαν est, res agere, jus dicere. Hinc & in sacris *μαμωνᾶς τ' ἀδικίας*, & *μαμωνᾶς ἀδικῶ*, sunt opes non veræ, fluxæ nimirum & hæ caducæ, quæ opponuntur *μαμωνᾶ ἀληθείᾳ*, opibus veris, divinis scilicet. Et in lingua Hebræa, Syra, & Arabica una eademque voce justitiam & veritatem denotari præclare docuit vir insignis Ludovicus de Dieu.

v. 283. *Εν τῷ δίκῳ βλάβας*] βλάβειν δίκῳ est hic justitiam impedire, falsum scilicet testimonium perhibendo; impedire ne judices possint secundum illum dare a quo jus & fas stat. Sic βλάβειν apud Homer. Ὀδυσσ. N.

Αὐτὸς ἰὼν διὰ τῆς ἡδὲς ὑπὸ ζυγῶ, μὴ πνιταίρων  
Βλάβῃσι ἐλαυνόντων, ὅππῃσι περιχέσται ἐρστύοις.

*Ipse iuis per navem sub transstris ne aliquem sociorum*

*Impediret propellensium navem, quia properabant, remis.*

Utrouque Latini interpretes male: *laderent.* Apud poetam hunc alibi quoque hujus significationis τὸ βλάβειν occurrunt exempla.

v. 288. Ὀλίγη μὲν ὁδὸν] Plato II de Rep. legit λείη, optime.

v. 291. Εἰς ἄκρον ἵκηται] Hunc locum iniquatum etiam nunc in omnibus circumferri editionibus, quum pridem sit emaculatus ab Heinſio, Scaligero, Meursio, qui ἵκηται legendum esse præceperunt, ut omnes veteres interpretes qui explicant ἔλθῃ. sed jam olim Erasmus in adagiorum farragine rectam lectionem proposuerat, & in versione secutus erat. Lucianus in *νεκυομαντεία* hos versus Hesiodi vocat πάνδημος ἔπη celebres & omnibus notos.

v. 293. Ὅς αὐτὰς πάντας νοήσας] Hæc inepta lectio omnes fœdavit editos libros. Antiquam tamen & veram nobis servavit Aristoteles I Ethic. ad Nicom. cap. 4. Clemens Alexandrinus

III Pædagog. cap. 8. Aristides in λόγοι πρώτοι Πηλοποιῆς, Plutarchus alique qui & hic pro αὐτῶν legunt αὐτὸς, & v. 295: ὃς δὲ καὶ μὴτ' αὐτὸς νοεῖ. Et Zeno in sua imitatione:

Κεῖν' ὃ μὲν πανόρατος· ὃς δ' εἰπὼν κίηται,  
Εὐδλὸς δ' αὖ καὶ κεῖν' ὃς αὐτὸς πάντῃ νοεῖ.

Sic enim isti versus leguntur apud Diogenem Laërtium. Hos tantos auctores qui non sequitur, nã ille miser iratis Musis natus est. Et licet absque his esset, ipsa tamen Græcæ linguae indoles facile non oscitantem lectorem depravationis, quæ nostras editiones contaminat, admoneret.

293. Θεοστράδῳ τὰ κ' ἔπειτα] Non agnoscitur hic versus ab omnibus illis antiquissimis scriptoribus, quos hoc loco usos esse diximus, nisi ab Aristotele. In vetustis tamen codicibus fertur desiderari. Sane nec Eustratius qui reliquos exponit, hujus meminit, ut & alii præci Aristotelis interpretes. nec Latinis fuit cognitus qui hunc locum in sua transtulerunt scripta. Liv. 32: *Sape ego audi vi milites eum primum esse virum, qui ipse consulat quid in rem sit: secundum eum qui bene monenti obediat: qui nec ipse consulere nec alteri parere sciat esse extremi ingenii.* Cic. in Cluentiana: *Sapientissimum esse dicunt eum, cui quod opus sit veniat in mentem: proxime accedere illum, qui alterius bene invensis obtemperet.* Hesiodi tamen Græci interpretes in suis libris illum invenerunt, ut ipsorum declarant explicationes. Hinc vero apparet non heri aut nudius tertius, sed ante multa sæcula hunc versum esse Hesiodo subiectum. Supposititium enim esse & poetæ indignum ego quidem nullus dubito.

## C A P U T VII.

Hesiodi insignis locus explicatus contra omnium interpretum sententiam. Εν θυμῷ βάλαντι. Κεῖν. Μίτρεα ἔργα. Hesiodo & Theocrito lux. Μιτρίως λίγην. Μίτρε. Commodus. Epitaphium Hesiodi, quod Pindaro tribuitur, emaculatur. Μίτρε σφίσι. Hesiodus sæpe expositus, aliquoties emendatus & ab interpretum inscitia vindicatus. Ὀπάζειν; κατοπάζειν. Tzezes emendatus. Καὶ. Εὐν. Ἀλιταίνειν. Γίγας ἔδδς.

v. 295. **M** H'τ' ἄλλω αἰώνῳ ἐν θυμῷ βάλαντι] Ex versione Latina & interpretibus Græcis hujus loci sensum

nemo eruat. Quid enim est? *Neque alium audiens id in animum admittit.* Notissimus Hellenismus omnes fugit. *Ἀκούων ἐν θυμῷ βαλλήσθαι*, est *ἀκούων ἐν θυμῷ βαλλήσθαι*. neque alii parere in animum inducat. *Ἐν θυμῷ βαλλέσθαι* est in animum inducere, ut *βιβλημύθῳ* eis vñ apud Chrysostomum qui in animum induxit, & ut faceret consilium cepit, ut eleganter notavit vir magnus Gu. Budæus, quem tamen miror in eodem loco hunc Heliodi versum exponere: *nec cum ab alio audiverit animadvertit & in memoria versat.* sed *ἀκούων*, hic esse parere, obsequi, dicto audientem esse, ut sæpe, & ex sensu verborum & interpretatione Livii, qui *alii parere sciat* exposuit, facile erat animadvertere. In eundem impegerunt lapidem interpretes inferius v. 709:

Εἰ δὲ κτὶ δέχη

ἢ πῖν' ἢ πῶς εἰπὼν δὴν θυμῷ, ἢς καὶ ἔργε:

*Si autem ceperis aut verbum aliquod dicere ingratum, aut facere: vulgo vertunt: si ceperis locusus, faciens.*

v. 300. *Εὐσέφω* Δημήτρε] Græci magistri nescio quas comminiscuntur ineptias cur Ceres *εὐσέφω* dicatur, quas excutere non est operæ. An hoc ulli poëtæ interpreti potest obscurum esse, Cereri dedicari coronas spicas, & illis semper ornatam eam Divam conspici? Nummus aureus:



vide & argenteus apud Fulv. Ursinum in familia Cassia.

Ovid. *Festapia Cereris celebrabant annua matres,  
Illa, quibus nivea velata corpora veste  
Primitias frugum dant spicae fecta suarum.*

Tibullus: *Flava Ceres tibi sit nostro de rure corona  
Spicea, qua templi pendeat ante fores.*

Horat. carm. sæculari:

*Fertilis frugum pecorisque tellus.*

*Spicea donat Cererem corona.*

v. 302. ΓκελⓈ ὀρεμῶ] Malui, *similis cupiditate*, quam cum interpretibus studio. Tæzes δρεμῶ exponit. Hesych. ὀρεμῶ, βυλῆ, ἐπιθυμία. ΚόρυςⓈ est vocola μακίρης, de cuius expositione varia vide Proclum. Hesych. ΚόρυςⓈ, δρεῖς, ἀκρυπῶ. Eadem Phavorinus, & addit: κρυςⓈ κῆ ὁ κλέπτης κῆ ὁ κρύπλων.

v. 305. Σοὶ δ' ἔργα φίλ' ἔστω μέτελα κρομαίν] Verte: *Tibi vero cura sit opera decentia curare.* ἔργα μέτελα sunt, ut bene scholiastes Vossianus, ἔργα πρίπειν, sive, ut Tæzes, μὴ ἀπραπῆ. Monet fratrem ne otii ac ignaviae blanditiis malis rebus & operibus animum applicet, & cupiditate auferatur alieni laboris fructus intercipiendi, ut fuci illi qui miserorum sudore & laboribus pascuntur, sed potius in talibus occupetur operibus quæ se virosque bonos decent. Hæc sunt μέτελα ἔργα quæ opponit ἔργα ἀεργῶν. ΜέτελαⓈ esse μέγας, ἔξοχος in animum equidem ego inducere non possum, quum potius veteribus Criticis sit μικρός. Hesych. μέτελοι, μικροί. μετρεπαιῆς μικρὸ πάχων. Apud Platonem vero μετρίως λέγειν est convenienter loqui, commode dicere & pro rei dignitate, quæ maxime ad rem faciunt, ut apud Thucydidem lib. 2: Καλεπὸν γὰρ τὸ μετρίως εἰπῆν, εὖ ἢ μέγας κῆ ἡ δόκησις τὸ ἀληθείας βεβαιεῖται. Ibi optime Scholiastes vetus: μετρίως, συμμέτρως, ἀξίως. In Theocriti epigrammate: μέτελαⓈ λῶ εὖ πᾶσιν, non est, excelluit in omnibus, sed, moderatus fuit in omnibus, modum in omnibus rebus tenuit, fuit ubique modestus. Hi enim dicuntur μέτελοι. Hesych. μέτελοι, ἐπεικείς. Apud Demosthenem μέτελοι & ἐπεικείς conjunguntur. Quod hominum genus quia singulari morum facilitate est & humanitate, μέτελοι τὰ ἦν Aristoteli I V Ethic. dicuntur homines commodi, faciles, homines commodis moribus. Cic. pro Muræna: *Nemo Catone proavio tuo commodior, comior, moderatior fuit, ad omnem rationem humanitatis.* Id de amicitia: *Atque hoc quidem videre licet, eos qui antea commodis*

*fuerunt moribus, imperio, potestate, prosperis rebus immutari.* Epitaphium vero Hesiodi, quod Pindaro tribuitur, foedissime deformatum est. Vulgo sic legitur:

Χαῖρε δὲς ἡγήσας, καὶ δὲς τὰ φη ἀνέβολήσας

Ὡς ἴοδ' ἀνθρώποις μέτρου ἔχει σοφίης,

Cælius vertit:

*Salve cui puer, tumulusque bis obtigit unius,*

*Tu sapi Hesiode, quantum homini sapere est.*

Sic quidvis ex quovis potest verti. Quid est ἀνθρώποις μέτρου ἔχει σοφίης? Qui ἐλαίπῳ ἀνθρώποις pro εὖ ἀνθρώποις positum contendunt, illi silices possunt concoquere. Nihil hac lectione absurdus. Veram, elegantem, dignam auctore illius epigrammatis, quicumque sit, accipe ex MSto Vossiano:

Ὡς ἴοδ' ἀνθρώποις μέτρου ἔχει σοφίης.

*Hesiodi hominibus tradens sapientiam, sive praecepta sapientia.* Totidem litteris in illo Codice scriptum legimus, nisi quod corrupte. Ὡς ἴοδ' pro Ὡς ἴοδ'. μέτρου σοφίης est loquendi genus poetis familiare pro σοφίᾳ, ut supra μέτρου ἔχεις, pro ἔχει. γ. 131. vide ibi notas.

γ. 314. Δαίμονι δ' οἷοι' ἔηδ' αἰ] Interpretes Græci mire hic arguantur. Omnes δαίμονα capiunt pro τύχῃ, hoc, ut videtur sensu, cujuscunque sortis & conditionis fueris. Δαίμονις hic esse quod Æschylo κρείττους, non assequor. Est, ut verum fatear, mira locutio, quam ita judico exponendam esse: τοῦτ' οἷοι' ἔηδ' αἰ σὺ οἷοι' δαίμων. hoc est, ἴσθι εἰς θεῶν similis Deo es, ut apud Xenophontem: χαλεζόμῳ οἷσσι ἀνδρεί, pro χαλεζόμῳ τοῦτ' ἀνδρεί οἷσσι σὺ. & apud eundem: ἡμεῖς ὃ ἔγνωμεν τοῖς αἰοῖς τε ἡμῶν, καὶ ὑμῶν χαλεπὴν πολυεῖαν εἶναι δημοκρατίαν. pro τοῖς τοῦτ' αἰοῖς ἡμεῖς καὶ ὑμεῖς, ut hæc duo loca Stephanus recte exponit. Sensus poetæ est, si labore tibi victum comparaveris, beatus eris. Terent. *Deus sum si ita est.*

γ. 318. Ὡς ἴοδ' οἰνῇσι] MS I, ἡδ', II, ἡτ'. lege: Αἰδώς ἡδ' αἰδώς μέγα σίνεται, ἡδ' οἰνῇσι. Pudor alius vehementer obest, alius vero prodest. Versu sequente in utroque MS. πρὸς ἀνολέειν, & πρὸς ὄλβον. nisi quod in secundo vitiose ὄλβον. ὄλβον. etiam Palatinus codex habet, utrumque Tzetzes & Stobæus.

v. 321. Χερσὶ] Latini hoc unitatis numero malunt exprimere *Manu agere*. Florus: *Matrimonia manu capta*. nihil notius. v. 326: Ἀνέρε τῷ tritissima poëtis Græcis enallage pro ἀνέρε. ὅ. utrumque Latinos interpretes fugit. pudet hæc annotare.

v. 324. Αἰδῶ δὲ τ' αἰναιδείῃ καὶ παύζῃ] MS I Voss. αἰδῶς δὲ ἐτ' αἰναιδείῃ καὶ παύζῃ. alii libri αἰδῶς δὲ γ' αἰναιδείῃ καὶ παύζῃ, quod probat vir doctus & exponit: *pudor imprudentiam sequatur, id est posthabeat*. sed ego vulgatam lectionem retineo, quæ sic exponenda: *Pudorem vero cum imprudentia vicerit*. ὁ παύζειν & καὶ παύζειν est sequi jubere, ut victores solent victos, aut domini jubere solent servos sequi. Apud Hom. ὁπάσας teste Eustath. est δὲ ἐπὶ αὐτῷ. Hesych: ὁπαζόμεναι, περιπαλίσσαι. ὁπαδὸς ἀχόλυτος, δῦλον.

v. 326. Π' εἴα τί μιν μαυρεῖσι θεοῖ] MS II: Π' εἴα δὴ μιν ἀμαυρεῖσι. Proclus etiam videtur ἀμαυρεῖσι legisse.

v. 328. Κακὸν ἔρξῃ] MS II: ἔρξῃ cum editione Isingrina & pluribus aliis antiquioribus. sed rectius ἔρξῃ legitur. a ῥέξω est ῥέξω, & καὶ μεταίτεσιν ἔρξω, ut bene veteres magistri. Tzezæ hic foede corruptus est. ἴσθι, inquit, τῷ ἐπιόρκῳ δρᾶ, ὅς τις εἰς ἐκείνου καὶ εἰς φίλον, ἢ εἰς ἀλλοδαπὸν [ὡς ἔρξῃ] καὶ ποιήσῃ βλαβερόν τι. Heinsius legit pro ὡς ἔρξῃ, λέξῃ καὶ ποιήσῃ. Scaliger uncis inclusit. Uterque male. Scribendum: ἀλλοδαπὸν ἔρξῃ, καὶ ποιήσῃ βλαβερόν τι. Exponit quid sit ἔρξῃ. καὶ est ἡ γυν, hoc est, exponendi vim habet. ut paulo post: τῷ καὶ πινός. τῷ hoc est πινός. Aristoph. Pluto: Κακῶς ἔπραττεν καὶ πίνης ἡ. Male egit, hoc est, pauper erat. sic καὶ millies apud priscos Græcorum scriptorum interpretes. Emendationem nostram video firmari MSto Vossiano.

v. 329. Κρυπταδὴς δ' ὧης] est, *furtivi concubitus*. inepte interpretes: *secreti lecti*. Εὐνή enim est σιωπία. Hom. Iliad. Ω.

Τέκνοι ἐμὸν, τίς μέγας ὀδυρέμεσθαι καὶ ἀχάων  
Σὺν ἰδὲαι κρηδῶν, μεμνημένος ἔδ' ἐπὶ οἷς  
Οὐτ' ὧης.

*Mi fili quamdiu lamentans & dolens tuum cor comedis, neque cibi neque Venæ recordans.* Ubi interpretes æque imperite

δὴνὺ cubile verterunt, ut hoc loco. Hos tamen potuisset hujus erroris admonuisse Eustathius si ipsum consulissent. Qui asseverat δὴνὺ esse μίξιν præfatus propterea nonnullos hos versus ἀγίλιν, quia οἱ ἀθληταὶ τὸ δ' αἰθεῖν πάντα καιρὸν σὺν ἐκλήσιαζον τῇ γυναικί. sed & quæ statim sequuntur δὴνὺ Homero esse συνουσίαν ostendunt: αἶμαθ' ὃ γυναικί παρ' ἐν φιλότῃ μίσγεται. Βονυκτὴν vero est cum muliere consuescere. Phavorinus: Εὐνὺ ἢ μίξιν τὴν κατὰ δὴνὺ ἀλλὰ καὶ τὴν συνουσίαν, ὡς ἐν τῷ δαυτέρῳ τῇ γυναικίαν παρ' ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ. Hinc & δὴνὺ est μίσγεται γυναικί. Iliad. β. θεὰ βροτῶν δύνῃθι σπ. Odyss. ε. παρ' ἀνδράσιν δύνειται est cum viris consuescere. Paulo in litteris ad Romanos exaratis κατὰ eadem ratione est συνουσία, cum cap. XIII vetat ἀφαιπάειν ἐν κατὰ καὶ ἀσελγείαις.

v. 328. Ἀλιπαίνεται] Reposui ex MS II & vetere Palatino, ἀλλοιώνεται. vide Etymologicum Magnum. v. 330. γήραος est ipsa senectus. Nec aliter Latine debet exprimi. Tales periphrases innumeræ apud priscos Græcos poëtas occurrunt, ut de multis jam nos ipsi & alii viri docti monuerunt. Pleræque abhorrent ab usu & consuetudine Latinæ linguæ, in quam illas verbum de verbo exprimendo transferre imperitia est.

## CAPUT IX.

Θύον, θύειν. Vetustissima sacrificia gramen, & alia quæ tellus producit, non animalia. Κλῆρος ager. Χοῆμι ἐλχόμενον. Χῶρος. Χωρίτης. Trezes & Proclus correcti. Μετρεῖται. Καί. Hesiodus ter emendatus. Ἀρχαὶ πῖθι. ἐλαφρόν. Obnoxius. Θυμὸς ἐν φρεσὶ. Multæ interpretum hallucinationes.

v. 337. Σ Πονδῆσι θύεσι τε ἰλάσκεται] MS II, editio Stephani, Ilingrini, aliæque meliores: θύεσι. Itaque ut versus constet legendum πονδῆσι θύεσι. Proclus etiam sic legisse videtur: Καὶ ἀγνῶς, καὶ κατὰ πρῶς, καὶ θύεσι καὶ πονδῆσι ἰλασκομένους. Latini vero interpretes pessime vertunt: Libaminibus atque hostiis placat. Atqui de hostiis jam dixerat præcedente versu: ἐπὶ δ' ἄγλαα μηρία καίειν. nitida femora adole. Sic interpretare. ἄγλαα sunt nitentia adipe, qua cooperiebantur ut docet in Theog. Stulte igitur hic rursus hostias inculcet. Θύον Græcis est θυμίαμα, odoramentum, odores, qui diis adolentur, quod

quod proprie vocant θύειν, hoc est odoramenta accendere, quibus folis olim faciebant. Synes. hymno V. I. I: de Magis:

Ἄλ' αὖ δ' ὅσ' αὖ κομίζεσσι,  
 Σμύρνης ἐναγίσματ' αἰ.  
 Χρυσὸν τ' ἀναθήματα,  
 Λιβάν' αὖ τε θύῃ καλὰ.

*Eia munera ferte Myrrha libamina, Aurique donaria, Thurisque odores suaves.* Θύειν enim est θυμῶν suffire ut tradit Porphyr. I I de abſtinentia animalium. Poſtea ad alia quoque quæ diis offerebantur munera tranſlatum, & tandem ad victimarum maſtationem. Porphyr. I I de abſtinentia animalium: Δείδρα μὲν γὰρ δὴ παρὲς ζώων ἀνιδύκειν ἢ γῆν ἢ δένδρων καὶ πόλιν παρόθεν τλῶν ἐπιτεῖον θύων μὲν πῶν, ἥς δρεπόμενοι φύλλα καὶ ῥίζας καὶ τὰς ὅλκας τὴ φύσιν αὐτῶν βλαστῶν, κατέκαιον ταύτην τῶν φαινομένων ἔσθινος θύειν τῇ θυσίᾳ δεξιόμενοι, καὶ Διὶ τὸν πυρὸς ἀπαθανάτιζοντες αὐτοῖς πῶς πῶς. ταῦτα γὰρ καὶ τὸ πῦρ ἀθάνατον φυλάττομεν ἐν πῶς ἱεροῖς, ὃν μάλιστα αὐτοῖς ὁμοιωτέον. ἐν γὰρ τῇ θυμιάσει τῇ δὲ γῆς, θυμιατῆρά τε ἐκάλεον, καὶ τὸ θύειν, καὶ θυσίαν. αἱ δὲ ἡμεῖς ὡς τλῶν ὕστερον πλεονεμέλαιαν ἐκφαίνοντες ἐκ τῶν ἐξ ἀκρόμεν τλῶν Διὶ τῇ ζώῃ δοκῶσαν ἡγεμείαν καλεῖντες θυσίαν. Terra prius arbores quam animalia protulit: ante arbores vero gramen quotannis nascens, cujus folia & radices, totaque illius natura germina colligentes flammis adolebant: hoc sacrificio Deos visos caelestes excipientes, & per ignem honores illis reddentes immortales. His etenim ignem perpetuum, cum sit iis simillimus, in templis asseruamus. At ex eorum qua terra nascuntur suffimentis in sacris adhibitis, acerram θυμιατῆρον appellaverunt, & sacra facere θύειν, & sacrificia θυσίας, qua omnia nos non recte interpretamur, quasi erroris illius qui postea irrepſit, essent indicia, ideoque eum, qui ex animalium maſtatione videtur esse, cultum θυσίαν vocamus. Idem inferius eodem libro: Ἐπεὶ καὶ Ἀπόλλων περαινῶν θύειν καὶ τὰ πατέρα, ταῖς τε καὶ τὸ ἴδιον τῇ πατρί, ἅπειν ἄγειν ἰοικεν εἰς τὸ παλαιὸν ἴδιον. Τὸ γὰρ παλαιὸν Διὶ ποπῶν καὶ τῇ ἡγεμῶν ἡμῶν, ὡς ἀπιδείξαμεν. Ὅθεν καὶ θυσίαν καὶ θύλακα, καὶ θυμέλαια ἐκάλεον, καὶ αὐτὸ τὸ θύειν & θυμῶν εἶδος, καὶ τῇ νῦν παρὲς ἡμῖν λεγόμενον ἐπιθύνειν. ὃ γὰρ ἡμεῖς νῦν θύειν λέγομεν ἔρδειν ἔλθρον. Ἐρδον



Ἀπὸ δὲ τῆς πλειόνης ἐκ τῶν αὐτῶν ἢ δ' αἰῶν. *Quia etiam Apollo cum præcipit sacra facere secundum patrios, id est patribus receptos ritus, ad antiquum morem nos reducere videtur. Vetus autem sacrificandi mos erat per placentas & fructus, uti demonstravimus. Unde sacrificia θυσιά, & θυηλά, & θυμέλα dicebantur, & ipse actus sacrificandi τὸ θύειν, idem valuit, quod suffire vel adolere, quod nunc vocatur ἱπὶ θύειν. Quod enim nos θύειν dicimus, illi ἱεθεῖν dicebant. Θύειν igitur est suffire. hinc ὅσθον est odorem, unde Latinum thus, ut a πύον pus, ut ostendit vir maximus ad Solinum. quia præcipue in sacrificiis postea thure sunt usi. Inde nobis etiam thus πυροσκόκ dicitur, quasi sacer fumus, sicut in Germania festi dies quibus natalis Christi celebratur, *wynacht*, hoc est sacra nox ab illa nocte, quam præcipue colunt, quia in illa Christus natus esse creditur. Galenus θύη optime exponit θυμιάματα, ἀρώματα. Proclus & Moschopolus hoc loco ψαῖται. Eustathius πίμματα. Postea enim ad omnia quæ diis offerebantur translatus, ut & θύειν. Sed hic in propria notione capiendum.*

v. 339. Ὅφρ' ἄλλων ὠνὴ κλήραν] Interpretes: *ut aliorum emas sortem*. Male. vertendum: *ut aliorum emas agrum*. Κλήρῳ est fundus, ager, possessio, quia agri sunt præcipua facultatum & bonorum, quæ possident homines; pars. Κλήρῳ omnia bona significat. Hesych. κλήρῳ, εἰς αὐτὴν. proprie tamen bona quæ hereditate venerunt, ut Latinis fors. Liv. *Puer in nullam sortem bonorum natus*, est qui non habet patrem in cujus patrimonium successionem speret. Consortes ὁμόκληροι, ejusdem hæreditatis participes, cohæredes. Olim enim sorte hæreditas dividebatur. Postea omnia bona quæ possidemus quacunque ratione parta, & κατ' ἐξοχὴν agri, possessiones dicuntur κλήρῳ. Theocritus. *Ἡρμακλίσκω*.

Ὅπ πόκος κλῆρον ἄπειρα καὶ εἰσέπειδον μίτρα Τυδίδος

Ναῖς.

*Quum omnem agrum & viniferum latum solum Tydæus Teneret.*

Herodot. Melpom. φθείρων τῶν Συρίων τὴν κλήρεν. *Syrorum agros vastans*. Hinc & κληρῶχος apud eundem est colonus, cui data pars agri colenda & possidenda.

v. 341. Εἰ γάρ τις ἢ χερσὶ ἐξώλειον ἄλλο ῥήσση. *Sic enim tibi negotium aliud rusticum inciderit.* Sic hic versus exponendus. Vulgo inepte: *Si res aliqua fortuita eveniat.* Χερσὶ ἐξώλειον, est res, quæ ad agrestes, & ruricolaspertinet, opus & negotium rusticum. γῆρα enim & γῆρᾶ est vicus, pagus, ager. Hesych: γῆρᾶ, ἀγρός. χερσὶς est rusticus. Idem: χερσὶς, ἀγρός, ἀγροικᾶ. χερσάλειν in agro spatari. Chorobates apud Vitruv. instrumentum quo agros metabantur, Latinis gruma, quamvis & aquis librandis inserviret. χερσὶον villa, prædiolum. Proclus legit olim ἐκώμιον, uti ex ejus explanatione apparet, quamvis vulgo legatur ἐξώλειον. ἐκώμιον vero idem est quod ἐξώλειον, nempe quod in eadem κώμη geritur. Posses quidem etiam exponere ἐξώλειον οἰκῆον, ut sit negotium in tuis ædibus incidens, domesticum. Suid. ἐξώλειον οἰκῆον. Sed altera præstat interpretatio. Rustica enim hæc præcepta sunt, quæ χερσέταις dantur.

v. 346. Πῆμα κατὸς γείτων] Ad quod confirmandum Proclus & Tzetzes afferunt Αἰτωλὸς ἢ Λιβαρνάιος, Καρχηδόνιος ἢ Βυζαντίος, qui propter vicinitatem mutuis cladibus & damnis perierint. Sed quid audio? Num Carthaginenses & Byzantini tantis locorum intervallis disjuncti sunt vicini? legendum Χαλκηδόνιος. Chalcedon enim contra Byzantium sita. Mox Tzetzes: δεικνυσὶ τὸ Πλάτωνα. Θεμιστοκλῆς γάρ φησιν ἢ Πλάτωνα πρὸς ἄλλον λέγειν, ὅτι ἀγρὸν ἔχῃ γείτονος. Non hoc Platonis dictum est sed Catonis; legendum igitur Κάτωνος. Sic etiam Vossianus codex. Sed hæc præstat differre ad interpretes ex quibus infinitas pœne mendas eluimus.

v. 347. Εὖ μὲ μετρεῖσθαι. Glossæ MS Vossii: καλῶς δανείζεσθαι. Hesych. μετρεῖν, δανείζειν. μετρεῖσθαι, δανείζεσθαι. Μετρεῖσθαι est sub usura mutuum pesere sive mensura, sive pondere, sive numero constet. Cic. I de off. *utendum accipere* vertit: *Quia si ea quæ utenda acceperis, majore mensura, modo possis, jubet reddere Hesiodus, quidnam beneficio provocati facere debemus.* Male ergo interpretes: *Recta mensura mutuum accipe*, quasi de iis solis rebus loquatur poëta, quæ mensura consistunt, ut multis docuit Salmasius libro de Usuris. Inferius v. 396:

Ὡς καὶ νῦν ἐπ' ἐμὴ ἑλθης, ἐγὼ δὲ τοι οὐκ ἐπιδώσω  
οὐδ' ἐπιμετήσω.

*Sicut & nunc ad me venisti, ego vero tibi non amplius donabo,  
Nec amplius mutuum dabo.*

Glossæ Vossianæ MS: ἐπιμετήσω, δανείσω. Proclus. ἔχῃσω.  
bene. Notant enim veteres Grammatici χεῖσται ἐπὶ φίλων dici,  
δανείσται ἐπ' ἀλλοτρίων. Suidas: Δανείσται τὰς τὸ χεῖσται αἰρεώ-  
περοι. Τὸ μὲν γὰρ χεῖσται ἐπὶ φίλων, τὸ δὲ δανείσται ἐπὶ τῷ τυχόντι.  
Antiquissimis certe scriptoribus δανείζειν, non est scenori loca-  
re, sed mutuum dare sine usuris.

v. 353. Τὰ παλαιὰ ἀποσείναι] An hoc est quod interpretes  
volunt, *juvantem te juvare*? Quanto rectius Græci magistri *in-  
vise*ntem *invise*. Qui eo, inquit, ingenio sunt, ut mutuis amici-  
tiæ & consuetudinis commerciis delectentur, cum iis cole ami-  
citiam. Idem sensus versus sequentis: qui libenter sua cum aliis  
communicant, iis tu libenter impertire, si quibus opus habue-  
rint. v. 351 MS I, ἴσται ἀτήσιν.

v. 357. Καὶν μίγα δῶν] Revocavi pristinam lectionem ex  
MS II & Proclo, qui legunt καὶ μίγα δῶν. Καὶ, quod interpo-  
latores fugit, est καὶν, καίπερ, καὶ εἰ, ut statim: καὶ τὸ σμικρὸν εἶν.  
*etsi sit exiguum* Aristoph. Plut. Εἰάν τ' οὐδὲν λάβω πινὰ καὶ σύκι-  
νον, τ' ἰχθυὸν τῷ τοι θῶν ἐγὼ ποιήσω τήμερον. *Si socium cepero ali-  
quam et si imbecillum, potentem tamen hodie faciam.* Pro quo  
scriptores orationis solutæ malunt dicere καὶ τοι, καὶ τοιγα.  
v. 358, αὐτὸς est ἐχέλων libens, uti in aliis locis accipi viri erudi-  
tissimi docuerunt.

v. 359. Ἐπὶ σμικρὸν παλαιότιον] MS σμικρὸν. quod verum  
est. Tzezès Versu ab hoc secundo: ὅς δ' ἐπ' εἰνὶ φέρει. v. 382:  
ἔργον τ' ἐπ' ἔργον ἐργάζεσθαι. Subscribunt Moschopulus & Tzezès,  
& veteres scriptores plurimi qui hunc locum laudant.

v. 364. Ἀνέρεα καὶ δέ.] est *hominem sollicitum habet*, non *ledit*.  
Hom. καὶ δέ τ' ἡμῶν. *Animum sollicitat.* sequente versu, βλαβε-  
ρὸν est damno, periculis & variis casibus obnoxium. perperam  
interpp. *noxium*. Sic etiam Latinis *obnoxius* simpliciter, est op-  
portunus injuriæ. Flor. III, 20, *Et ipsi (servi) per fortunam  
in omnia obnoxii.* Lib. IV, 4: *Cum intra decem & octo annos,*

*inertum & obnoxium & opportunum injuria juvenem videres.*  
Phædrus: *servitus obnoxia, quia, qua volebat, non audebat dicere.* Senec. ep. 61 corpus humanum vocat *obnoxium domicilium animi.*

v. 367. Ἀρχοῦν ὃ πίνυ κὶ λήγοντες κορίσαι. ] Stulte Latini interpretes: *Incipiente vero dolio & desinente saturato se.* Quid incipere & desinere dolium Latinis auribus sonet ego non exputo. Verte: *Quum relinitur dolium, & fere est epotum, saturare.* Ἀρίστα πίνον est ἀνοίγειν πίνον, Theocrito Ἀλκωνίῳ, Terentio *relinere dolium.* Longe ineptius inferius ἐν ἡμέραις v. 51. ἀείσω ἀρχοῦν πίνυ vertunt: *optimam implendis holiis, quum sit, optimam aperiendis holiis.* vers. sequ. δειλὴ uterque MS, ut bene restituit Heinsius.

v. 369. Μισθὸς δ' ἀνδρῶν ] Hic cum sequentibus duobus versibus in MSto primo non comparet, & expunctos olim fuisse a nonnullis Proclus testatur, a Plutarcho tamen vindicantur & probantur. vide Proclum.

v. 376. Μυροῦντος ὃ πάϊς σάζοι. ] MS I εἴη, cum glossā ὑπὲρ ἀρχῆ. Pulchre D. Heinsius observavit hos versus esse transpositos, & eleganter illos exponit, quem vide. Sine MSS auctoritate nihil tamen sustinui mutare.

v. 381. Ἐν φρεσὶν ἦσι. ] MS I σοῖσιν. II: σῆσι. leg. φρεσὶ σῆσιν. Ἰν μὲς ἐν φρεσὶν, ut apud Plautum: *Mens animi.* & Catullum: *Nec potis est dulces Musarum exponere fœtus Mens animi.*

## C A P U T X.

Distinctio vulgaris librorum Hesiodi deleta. Hesiodus bis emendatus. Veteres nudi faciebant opus. Ἔργα ἀγροτεχναιρίων. Proclus emendatus. Οἰσὲι Τιμώθιον. Χρήματα. Χρησθεῖα. Nicolai Damasceni locus vindicatus. Aeliani interpretes ter reprehensi. Τάλαν, πλάγ. Quærere. Ἔργον. Opus. Οἷος ἀέλιος. Sol acutus. Sol acris. Sirius acris. Claudianus emendatus. Χιῶν Οἷος. Ζῶς pro cœlo. Lapsus crebri interpretum indicati.

**B**Ιβλίον β ] Expunxi hanc distinctionem quam & codices manu exarati, & veteres scriptores cum interpretibus ignorarunt. In primo Vossiano hic omnia perpetua & continua serie sine

sine ullo distinctionis vestigio perscripta sunt: sicuti & in Procli commentario manu exarato, quem mihi utendum dedit Marquardus Gudius noster. In secundo non nihil quidem spatii inter versum 383 & sequentem intercedit, ut possit capere indicem hunc, qui vulgo præponitur. sed nec hic nec alii, si qui sunt, libri nobis tanti sunt, ut istam distinctionem  $\chi\theta\epsilon\varsigma\ \kappa\upsilon\ \alpha\epsilon\gamma\acute{\alpha}\lambda\lambda\omega$  natam ferendam existimemus ingratis totius antiquitatis quæ nullam hujus operis divisionem in duos libros agnoscit.

v. 389.  $\text{Εἰς γὰρ τὴν ναίειν}^{\circ}$ ] MS I & II:  $\text{ναίειν}^{\circ}$  nisi quod in secundo addatur  $\sigma\iota\upsilon$ . & sic versu abhinc tertio uterque pro  $\text{ναίεισιν, ναίωνσι}$ . Est hæc Dorum dialectus. vide supra ad v. 224. In hoc ultimo versu liber secundus inserit  $\delta\delta$ :  $\text{Ναίεισι γομῶν δὲ παύειν}^{\circ}$  γομῶν δὲ βουλήν.

v. 392.  $\text{Γομῶν δὲ ἀμείων}^{\circ}$ ] MS I Vossianus, & Codex Palatinus:  $\text{ἀμείων}$ . Sic etiam in carmine, quod dicitur certamen Homeri & Hesiodi. Nec aliter Proclus legit:  $\text{Ἀμείων, συν-αθροίζειν, ἢ πείζειν}$ . Illud enim  $\text{ἀμείων}$  quod in edito Procli Commentario præcedit  $\text{τὸ ἀμείων}$  a sciolo ex Hesiodi vulgatis editionibus insertum esse puer admodum vidi. & recte me vidisse codex postea manu exaratus Marquardi Gudii ostendit: qui illud  $\text{ἀμείων}$  non agnoscit. In quo & paulo ante legitur,  $\text{γομῶν δὲ ἀμείων}^{\circ}$   $\alpha\iota\varsigma\ \alpha\iota\upsilon\ \alpha\epsilon\gamma\acute{\alpha}\sigma\sigma\iota$ . non ut vulgo  $\text{ἀμείων}$ , quod ab imperitis in Hesiodo primum suppositum qui secundam ab ultima in  $\text{ἀμείων}$  non producte poni sibi persuaserant. Cur vero nudis arandum, ferendum & metendum esse præcipiat Hesiodus, sicut & eum securus Virgilius Georg. I: *Nudus ara, fere nudus*, docet Servius: *Nudus ara, id est, adeo sereno caelo, ut vestimentis non egeas. Nam dicit nudum esse debere, quasi aliter non oporteat aut possit: sed sub tanta serenitate dicit hac agenda ut & amictus possit contemni.* quam explicationem Servius debet Proclo, cujus priorem expositionem vide: binas enim hujus loci affert. Sed prior verior est. Veteres tamen nudos plerumque fecisse opus ostendit Plutarchus in vita Catonis Majoris:  $\text{Πυθῆμιν}^{\circ}\ \delta\epsilon\ \tau\lambda\omega\ \alpha\upsilon\text{-τερχίαν}\ \kappa\upsilon\ \delta\iota\alpha\sigma\tau\epsilon\iota\ \alpha\upsilon\tau\omega\ \alpha\upsilon\tau\omega\ \tau\omega\ \epsilon\iota\kappa\epsilon\ \tau\omega\ \kappa\epsilon\ \tau\omega\ \mu\epsilon\gamma\acute{\alpha}\lambda\lambda\omega\ \epsilon\chi\eta\gamma\mu\epsilon\tau\alpha\ \epsilon\pi\ \alpha\upsilon\tau\omega\ \mu\epsilon\ \epsilon\iota\varsigma\ \alpha\gamma\gamma\epsilon\iota\ \beta\alpha\delta\iota\zeta\epsilon\ \kappa\upsilon\ \pi\alpha\epsilon\iota\sigma\tau\alpha\iota\ \tau\omega\iota\varsigma\ \delta\omicron\mu\omicron\lambda\omicron\iota\varsigma\ \epsilon\pi\alpha\text{-νελθῶν δὲ εἰς τὸ χεῖρον, αἶν μὲν ἢ χερμαίν, ἐξωμίδα λαβὼν, θήρην}^{\circ}\ \gammaομῶν$

γυμνὸς ἐργασάμενος μὴ τῶ οἰκιστῶν, ἐδίδετο αὐτὸν ἄλλον ὁμῶς κα-  
 γήμενος, καὶ πίνει τὸ αὐτὸν οἶνον. Cujus cum labores & rationes vi-  
 vendi accepisset (Valerius Flaccus) a servis, mirareturque cum  
 narraret illi mane eum forum adire, & praesto esse ejus opera in-  
 tentibus: regressum ad villam tempore brumali vestitum exomi-  
 de, astate operari cum servis nudum, eadem mensa, eodemque ve-  
 sci pane, atque idem vinum bibere. Et Aurelius Victor in Quin-  
 ctio Cincinnato: Quintius Dictator dictus, ad quem missi  
 legati nudum eum arantem trans Tiberim offenderunt, qui insi-  
 gnibus sumptis Consulatem obsidio liberauit. & apud poetam: nu-  
 di messores.

v. 397. Οἱοὶ δις τεκμήρεσσι ] Per Deos Græci hic intelligunt  
 alii stellas, alii elementa, qui non sunt audiendi. Dii, inquit He-  
 siodus, labores hominibus imposuerunt.

Ἐφ' οὗ μὲν ἔδεις, ὅς τις ἔποιε βροτῶν.

Nemo enim est mortalium qui non laborat. ut Sophocles ait.  
 Hoc autem a diis, qui secundum Epicharmum τῶ πόνον πωλεῖ-  
 σιν ἡμῖν πάντα τὰ καλά, labore omnia bona nobis vendunt.  
 Quod hausertunt ex Mose ut infinita alia, apud quem ad Adamum  
 ipse Deus: Ἐν ἰδρωτί τ' ὠθεσάμενος φάγει τὸ ἄρτίον σου. Ἐργα δ' ἐ-  
 τεκμαίρεαι, est labores imponere. δ' ἐτεκμαίρειν, τεκμαίρειν  
 non solum est σημαίνει, sed & κατασκευάζειν. Etymologici Ma-  
 gni auctor: τεκμαίρω σημαίνει τὸ κατασκευάζω, καὶ τὸ σημαίνει.  
 Superius v. 228: αὐτοῖς

Ἀρχαίοις πόλεμον τεκμαίρεται Εὐρύοπος Ζεύς.

Ipsis

Molestum bellum immittis omnia videns Jupiter.

Recte Glossæ MS. hoc loco δις τεκμήρεσσι, ὠθεσάμενος.

v. 402. Χρήμα μὲν ἔπειξας ] Terent. Adelphi: Nunquam rem  
 facies, abi, nescis inescare homines.

v. 405. Οἶον μὲν πρόπτε γυναικί τι ] Non hic ab Hesiodo  
 intelligi uxorem, ut vulgus cum interpretibus Latinis accipit,  
 sed ancillam, quæ domum custodiat, versus sequens arguit, qui  
 hanc γυναικα κλητὸν ἔργον τὴν ἐμπτὰν non nuptam appellat,  
 quod olim monuerunt ad hunc locum veteres magistri. Ari-  
 stoteles quidem in Oeconomicis & Politicis γυναικα sumit pro  
 uxore,

uxore, non vero *κῆλυς*, ut viri docti affirmant. Nec judicandum est Philosophorum principem Hesiodi mentem non habuisse exploratam: sed potius eum hunc versum suo voluisse accommodare instituto, ut sæpe solent Philosophi. Nam Mureto, homini quotquot a renatis litteris fuerunt, disertissimo & elegantissimo, qui auctoritate Aristotelis permotus sequentem versum tanquam supposititium jubet expungi non est ut suffragemur, si vera sunt quæ Timotheus apud Proclum de Aristotele commemorat, illum nimirum adductum hac Hesiodi sententia post obitum uxoris cum Herpylide ancilla consuevisse & ex illa sustulisse filium. quamvis & hic Aristoteles maluerit suo obsequi ingenio & auctoritate Hesiodi suam tueri vivendi rationem quam poetæ monita sequi. Nam poeta nec de pellice, nec de uxore loquitur, sed de famula pretio comparata. vide Proclum, apud quem pro *οἱ δὲ Τίμαιον* legend. *οἱ δὲ Τιμόθιον*. de quo Diog. Laërt. in vita Aristot. *οἱ δὲ Τιμόθιον* vero non sunt Timothei discipuli, sed ipse Timotheus Atheniensis, qui vitas Philosophorum a Diogene Laërtio toties laudatas memorizæ prodidit. *οἱ δὲ τὸ Τιμόθιον*, elegantissimo idiotismo est ipse Timotheus. ut apud Polyb. *οἱ δὲ Ἀνωνα καὶ τὸ Βάρεαν* est Anno & Barcas. *οἱ ἀμφὶ τὸ Κερίωνα καὶ Σιμμίαν* apud Ælian. Crito & Simmias. & mille talia.

v. 402. *Κεῖμαί τε δ' ἐν οἴκῳ πάντ' ἀεὶμα ποιήσασθαι*] Homeri, & Hesiodi tempestate *κεῖμαί τε* notabant omnes facultates, omnia quæ in bonis habebant, non nummos aut pecuniam, cujus usus tum adhuc erat Græcis ignotus. hoc loco autem singulari notione significat *οἰκητήρια σκεύη*, instrumentum domesticum, supellectilem, utensilia. nimirum *ἀπὸ τῶν χρησίων*. propter eandem causam ab Alcæo in Pasisphæ *χρησθήρια σκεύη* dicuntur. quamvis Plato Comicus in Hellade illa tantum vasa, quibus utebantur *πρὸς θωρηκίαν καὶ θυρίαν* dixerit *χρησθήρια*, recte tamen etiam omnia *τὰ κατ' οἰκίαν χρησίμα* appellari *χρησθήρια* docuit Pollux X cap. 1. Sane in hac notione legitur apud Nicolaum Damascenum in fragmento historizæ universalis, quod Stobæus nobis servavit; *Ἀείονοι τὸ ἐμψύχων ἐδὲν ἀποκλείουσιν τὰ ἰερέμια τὸ χρησθελίαν ἐν χρυσοῖς ἐλυσίβοις φυλάττειν. Αἰ-  
τονι*

ioni nullum animal mactant. Vasa figulina ad quotidianos usus parata in aureis involucribus custodiunt. Sic rectissime hunc locum vertit, Vir incomparabilis quem honoris causa nomen, Henricus Vallesius. Bene se omnia habent. *χρητήρια* sunt vasa, domestica, utensilia, sive sint pretiosa, sive vilia, & nullius rei. Eadem autem ratione ut *χρητήρια* sic & *χρήματα* omnem notant supellectilem, κατ' ἐξοχὸν tamen de vasis & sacra templorum supellectile frequenter accipiuntur. *Ælian. Ποικιλ. ἱστορ. lib. I. cap. 20: Διόνυσος ἐξ πάντων τῶν ἐν Συρακούσαις ἱερῶν ἐσύλησεν τὰ χρήματα.* Ubi Gellnerus vertit: *Dionysius ex omnibus Syracusarum templis & delubris per sacrilegium pecuniam abstulit.* Paulo post: *Τὰ δ' Ἀπόλλωνος καὶ τ' Ἀθηνῆας πάντα ἐσύλησεν χρήματα.* Ubi rursus interpres: *Universas Apollinis & Leucothea pecunias nefario scelere abripuit.* Pessime. cum utroque loco significetur vasa sacra diis illis consecrata, quæ abstulit Dionysius, sicut inter illa commemoratur ibi mensa sacra Apollini dedicata. Lapsus quoque est idem vir doctissimus in interpretatione hujus vocabuli in lib. VI, cap. 9: *Ἀριστοτέλης ἀπατλούμενος τὰ ἐκ τῆς πατρὸς χρήματα ὤρμησεν ἐπὶ στρατείαν.* *Aristoteles abliguritis omnibus pecuniis, quæ ex hereditate parentis ad ipsum venerant, in militiam profectus est.* Vertendum erat, *consumptis omnibus facultatibus.* quamvis non ignorem pecuniam apud Latinos etiam pro toto patrimonio capi, sed interpretem de nummis solum cogitasse, cum ita verteret, satis constat.

v. 408. *Ὁ δ' ὀρνέται σὺν τῇ πηλῇ*] MS I Voss. *ὁ δ' ὀρνέταις σὺν τῇ πηλῇ.* quod glossæ MS explicant: *σελεύκη δ' γαργακὴ ὀρῶν.* Videntur sane veteres dixisse *πηλῇ* & *πηλῇν*. *Hesych. πηλῆς, σερήσιας.* Apud eundem tamen legitur etiam *τήτη, δατορία, ἑνδεῖα, ἑρῆσις.* *Τητῶρμη, στρομῶρη. Τητῶρμον, σελευκῶρμον.* Auctor Etymologici magni: *πηλῆ Ἡσίοδος. σημαίνει τὸ ζηεῖς. ἐκ τῆς πηλῆς σημαίνει τὸ ζητῶ γίνεται καὶ ἀναδιπλασιασμὸν πετῶν, πετῶ, καὶ κατ' ἐκτασιν τητῶ, & quæ sequuntur.* *Platoni III de leg. φρενῶν τητῶρμοι, sunt mente capti.* *Sophocles Philoctete: πλὴν ὥς οἶκος τ' ἐμῶν τητῶρμος.* *Navigo ad*



*meam patriam meis rebus privatus.* Sicut autem *τητῷ* proprie est quæro, deinde careo, destituor, sic & Latinis quærere est abesse, desiderari. Senec. ep. 91: *Lugdunum quod ostendebatur in Gallia quaritur.* Petron. de Eunuchis: *quarit se natura nec invenit*, hoc est, desideratur suum opus, quæ marem condidit, nec tamen invenit marem esse, quem fecerat. Stat. Theb. II: *Fam trepidi se se quærunt numerantque.* Cic. act. II in Verr. cap. 10: *Nego esse quicquam a testibus dictum, quod aut vestrum cuiusquam esset obsecrum, aut cuiusquam oratoris eloquentiam quæreret.* hoc est, ad quod explicandum desideretur vir disertus. dicere quod quærat eloquentiam est infantem esse, indisertum. Nam quæ quæruntur non adsunt. Hinc & Plauto in *quæstione esse, quæstioni esse*, est abesse, non præsto esse, in Pseud. Cistellaria, & Calina. Hinc & illæ venustæ locutiones *Siciliam in Sicilia*, apud Cic. in *epulis epulas* apud Ovid. *Samnium in Samnio* apud Flor. *pontum in ponto quærere* apud Manilium, de quibus Cl. Gronovius in observationibus.

v. 409. Μινύθη δὲ τοι ἔεργον] hoc est, ne cum tempus effluerit, non possis opus, quod tum faciendum erat, facere. ἔεργον κατ' ἐξοχῶν hic est opus, labor rusticus, qui impenditur agro colendo, ut & versu sequentē & ipso indice libri hujus ac infinitis aliis locis. Florus I, 9: *Medium erat forte tempus sementis, cum patricium virum immixtum aratro suo licet in ipso opere deprehenderet.* Apud Terent. Cic. *opus facere*, de opere rustico. Hæc trita sunt.

v. 411. MS uterque ἄτησι.

v. 414. Ἡμεῖς δὲ ἡγὰρ μὲν οἳ ἐλίοιο] Ὁξὺς ἡλίοιο non est celer ut Græci volunt magistri, sed *πτερυγός*, fervens, ardens, acer. Pindar. Olympionic. 7:

ἔχ' τί μιν ὀ-

ξεῖν' ὁ ἡνίοχ' ἀκρίων Πατὴρ

Ἦνρ πτερόντων δ' ὄρεος ἱππων.

Habetque ipsam (Rhodum) fervidorum genitivus radiorum patet, ignem spirantium dux equorum. Aratus de Sirio:

ἢ ὅ οἱ ἄκρη

Ἀστὲρ βίβληται δεινὴ ἡλύς, ὅς ῥα μέγιστος

Ὀξεία σείραϊς, καὶ μιν καλέουσ' ἀνθρώποι

Σείραον.

Vertit Avienus:

*Æstuat in mente, multus rubor imbuat ora*

*Stridit anhelanti face pestifer aëra motu,*

*Torret & immodicis terras coquit ignibus astri.*

Horum imitatione Horatius solem ferventissimum dixit *acutum*. lib. I. ep. 10.

*Est ubi plus tepeant hyeme? ubi gratior aura*

*Leniat & rabiem canis & momenta leonis,*

*Cum semel accepit solem furibundus acutum?*

Lib. I. Sat. 6 vocat *solem acrem*.

*Ast ubi me fessum sol acrior ira lavatum*

*Admonuit.*

Lucret. VI:

*Hunc homines fontem nimis admirantur & acri*

*Sole putant subter terras fervere raptim.*

Florus II, 6: *Observato loci genio quod & sol ibi acerrimus, & plurimus pulvis.* Restituenda est hæc vox Claudiano. In epigramm. de crystallo, cui aqua inerat:

*Quem neque constrinxit hyems, nec Sirius acris.*

sic enim hic versus legendus. Vulgo circumfertur: *Quem neque constrinxit hyems, neq' Sirius axis*, sine sensu. In nonnullis codicibus est *ardens*, quos sequitur Nicolaus Heinsius, vir suavisissimi ingenii & summo eruditionis, qui in carminibus novis pangendis, & veteribus castigandis ac suo decori restituendis nulli, qui in hoc studiorum genere elaborant, est secundus. Mihi tamen *ardens* videtur glossa & explicatio *acris*, quod vitio descriptorum transit postea in *axis*, quod non frustra tot codices retinent. Sicut vero hic ὀξὺς ἥλιος, sic contra apud Pindarum χιών ὀξεία, nix acuta, ut apud Horatium *frigus acutum* est vehemens, & *acris hyems*, sæva. Omnia enim quæ penetrant & vehementer lædunt Latinis dicuntur *acuta*, *acria*, Græcis ὀξεία.

v. 415. Καύματι ἰδαλίμῃ est ἰδρῶτι κινῶντι, ut melius omnes Græci, quam Latini, qui stulte: *caloris humidum*. Hesych: ἰδαλίμῃ καύματι τὸ ἰδρῶτος πείον.

γ. 415. Μιστοπωλείος ὀμβροῦσι ζῶντις ἐλαδινίῃ MS I.

ὁμολογῶσι. Græci magistri nescio quid de Jove cœli & pluviarum domino hic nugantur, cum Jupiter hic sit, ut sexcenties poëtis, cœlum, aër. inferius 488:

Τῇμε Ζῶς ὅσι τεύεται ἡμεῖς, μηδ' ἀπλήρη.

*Tunc Jupiter pluat triduo, neque desinat.*

v. 564: Εὐτ' ἂν δ' ἐξηκοντὶ μὲν τροπὰς ἡλείοιο

Χείμερ' ἐκτελίσῃ Ζῶς ἡμεῖς.

*Cum autem sexaginta post conversionem solis*

*Hybemos perfecerit Jupiter dies.*

Theocritus: Χ' ὦ Ζῶς ἄλλαχ' ἤ πῶς αἶθερ, ἄλλαχ' ὃ' ὕψι.

*Jupiter alibi est serenus, alibi pluit.*

Horat: Nivesque deducunt fovem. Sed hæc quis ignorat?

v. 416. Μιστὶ δ' ἀπέπτται βρόπι χερσὶ] Perverterunt sen-

suum hujus loci interpretes, cum vertunt μίστ' ἀπέπτται, μισταται.

Vertendum: *movetur*. Facilius, inquit, movetur corpus autumno, quia vires suas jam recepit, quas nimii solis ardores attriverant, ut pares nunc possint esse laboribus ferendis, & materiz cædendæ.

## C A P U T XI.

Σείρει pro sole & quovis sydere. Hesiodi aliquot loca illustrata. Ἀδωαίνε δμῶς. Εργάν. Θιάς ἀεθρῶ. Αὐτόγυος ἀεθρῶ. Buris. Γύνε. Πικτὸς ἀεθρῶ. Ἑλυμῶ, Ἰσοθεῶς. Interpretum crassi aliquot errores. Pollux emendatus & mox Hesiodus. Ἑλικὸς βόας. Ἀεθρῶς. Ζῶς. Χθόνιος. Pluto & Proserpina dii agricolarum. Pluto divitiarum dator. Hesiodo rursus medela.

v. 417.  Ἡ γὰρ τίπτε Σείρει ἀσῆρ] Sirius hic non est caniculæ sydus, sed sol, ut non solum antiqui interpretes Hesiodi; sed & Suidas interpretatur: Σείρ, σείρως ὁ ἥλιος, οἱ δὲ καὶ σείρει. Noster inferius vers. 587:

Ἐπεὶ κεφαλῶν καὶ γούνατο Σείρει ἀσῆρ.

*Quoniam caput & genua sol affligit.*

In Theogonia, v. 152:

Ὅστ' αὖ δὲ σφι παρὶ ρινόιο σκεπέσσης

Σείρει ἀζαλίῳ κελαυνῇ πύθ' ἰθ' αἶψα.

*Ossa autem ipsis pelle circum putrefacta sole sub torrido in nigra*  
*putre-*

*putrescunt terra.* Archilochus:

Πολλὰς μὲν αὐτῶν σείρει καὶ θανάτει  
 ὄξυς ἐλάμπων. *Multos illorum sol siccabat acutum splendens.* Sic  
 hunc locum capiendum esse docet Hesych: Σείρει κινῶς δύνω.  
 Σοφοκλῆς τ' ἀερῶν κινῶ. ὁ δὲ Ἀρχίλοχος τὸν ἥλιον, Ἰϋκτος δὲ  
 πάντα τὰ ἄστρα. Idem: Σείρει ὁ ἥλιος, καὶ ὁ Ἰϋκτος ἀστὴρ.  
 Lycophron in Alexandra de corpore Ajacis in littus e mari eje-  
 cto: Ἐκβέροσμιον νίκω ἀκτὶς Σείρει καὶ θανάτει. *Cadaver ex-*  
*pulsum siccabit solis radius*, quod & observavit Vir eximius &  
 singularis eruditionis Hadrianus Junius in animadversionibus.  
 Quin & Virgilium sic interpretantur ὁ τυχόντες,

*Fam rapidus torrens sitientes Sirius Indos Ardebat cælo.*

Non solem autem, sed etiam omnia sydera dici Σείρεις ex Iby-  
 co modo docuit Hesychius. Inde & Latinorum *sydus* a σείρει  
 esse ingeniose nuper ostendit χαρίεσται Tanaquillus Faber ad  
 Dionysium Longinum.

v. 419. Πλείον δέ τε νυκτὸς ἐπαυρεῖ] MS I. ἐπαυλεῖ. corru-  
 pte. De hujus loci interpretatione ambigitur. Alii enim ἐπαυ-  
 ρεῖν νυκτὸς πλείον exponunt πλείον ἀπολαμβάνειν καὶ ἀπολαύειν  
 τὴν νυκτὸς, plus nocte frui, diutius quiescere, qui respiciunt il-  
 lam pervagatam poetarum opinionem, solem noctu strigare &  
 quiescere. Hos sequuntur Latini. Alii πλείον ποιεῖν καὶ φέρειν  
 ὑποκρίνεται τὴν γῆς majores capere labores sub terra in opposito  
 mundi latere quod dum peragrat, quod verum esse ex opposi-  
 tione liquido apparet: brevi tempore, inquit, super nostra  
 conspicitur terra interdiu, noctu vero majorem capit laborem.  
 vide quæ supra notavi ad vers. 238.

v. 422. Μεινιμὸν ἄελον ἔρρει] MS I. ἄελον ἔρρει. Vers.  
 seq. MS II Ὀλμυρὸν μὲν τελεπιδίω καὶ πλιν. Idem v. 425: δάτι κιν  
 σφύρον καὶ πύργιο.

v. 429. Ἀθλῶαίης θυμῶς] Quæ hæc est vesania Ἀθλῶαίης  
 habere pro Attica Cerere, quod Latini fecerunt interpretes.  
 Quis unquam fando cognovit Ἀθλῶαίης dici Cererem? Est-  
 ne qui ignoret Minervam esse præsidem artium & opificum, in-  
 primis vero architecturæ, indeque dici Ἐργάνω, cujus simula-  
 crum erat apud Thespenses, cui Plutus assistebat, quo signifi-  
 catur

batur opibus illam deam cumulare suos cultores strenuos nimirum opifices. vide Pausan. in Boeoticis & Aristid. hymnum in Minervam. Julianus Imperator in fragmento orationis, p. 531 edit. Petav. Ο ἔστι ὅσα ἐγγίετο τ' Εργάνης Ἀθλων δώρεα. *Videte quos opificis Minerva in nos derivata sint munera.* Ἀθλων δὲ μὴδὲς ἐστὶ τέκτων, faber qui aratra faciebat. Sequentē versu πλάσας παροπαρήσται ἐστὶ παροπαρήρη ut supra vers. 1. ἐνέπει κλείσσαι, pro κλείπτει. In MS I Voss. est παροπαρήσται. v. 432 ἦτα ἄροτρα non est disponere aratra, sed ποιεῖν, καὶ σκοδάζειν, ut sexcenties apud Græcos scriptores tam vinctæ quam solutæ orationis πῆγμιν pro ποιῶ usurpatur. inferius v. 518: περὶ αὐτὸν ὃ γέροντα πύθῃσι. *incurvum vero senem facit.* & v. 556 χρωτὰ τε μυδαλέον θείη. *Corpus madidum faciat.* Equidem Latina hac Hesiodi versione nihil est insulsius; & imperitius, in qua vix ullus versus legitur sine gravi hallucinatione. vide quam inepte mox duo illa aratrorum genera αὐτίγων & πηκτὸν exponant v. 432:

Δοῖα δ' ἦτα ἄροτρα ποιοσι μὲν κατ' οἶκον

Αὐτίγων καὶ πηκτὸν. vertunt:

*Bina vero disposito aratra domi laborans*

*Dentatum & compactum.*

Quid est aratrum dentatum? An quod dentale habet? Nonne & πηκτὸν habet dentale? Hunc errorem facile potuissent declinare, si veterum consuluissent expositiones, quæ docent αὐτίγων ἄροτρον esse quod habet burim suoque ingenio curvam, illamque non clavis affixam remoni & dentali, sed quod totum ex uno ligno conficiebatur. de buri Virgil. I Georg:

*Continuo in sylvis magna vi flexa domatur*

*In burin, & curvi formam accipit ulmus aratri.*

hoc est ulmus seu ulmi ramus inflexus natura sua a rustico continuo seu per aliquot annos semper magis magisque inflectitur, ut sic curva adolescat in burim, ut naturaliter curva & apta sit ad burim. Buris vero sive *bura* Græcis γόης, est proprie infima pars remonis, male vulgo *dentale* exponitur a viris doctis, cum dentale aptetur buræ; Hesych: Γόης τὸ κατωτέρω μέρος. ὃ ἐστὶ γόης ἐν τῷ ἄροτρον. αὐτίγων δ' τὸ μὴ συνθεῖσθαι, ἀλλ' ἐξ ἑνὸς ξύλου.

Γόης

Γῆς ἐστὶν ἡσυχία pars temonis in aratro. Αὐτόζυον ἐστὶν non compositum, sed ex uno ligno. Inde & Proclus ad h. l. λέγεται ὅτι γῆς ἐπὶ αἰὶ ὡς τὸ πλὴν γινώσκουσιν. Αὐτόζυον opponitur ἀροτρῶν πηκτῶν, quod non ex uno ligno, sed variis est conflatum & compactum. Eratosthenes in Architectonico utrumque describit apud Scholiasten Apollonii Rhodii: Δύο δρότρων εἰσὶν εἶδη· τὸ μὲν πηκτὸν, τὸ δὲ αὐτόζυον· πηκτὸν μὲν τὸ ἐκ συμβολῆς ἔχον τὸ ἔλυμα. ἔστι δὲ ἔλυμα, ἐν ᾧ ὁ ὕμνις ἐντίθεται. τὸ δὲ ξύλον τὸ ἀπὸ τοῦ ἔλυσμα τῆς ἐπὶ τὰς βόας, γῆς καλεῖται. τὸ δὲ ἀπὸ τοῦ γῆς ἰσοδοῦς. ὅτι δὲ ζυγὰ πᾶσι ἐπὶ τὰς αὐχίνας τῶν βοῶν ἐπιβιβάζονται οἱ μὲν ζεύγλας, οἱ δὲ μέσας αἰσας. Τοῖσδε τὸ μὲν πηκτὸν. αὐτόζυον δὲ ἐστὶν ἐπὶ τὸ ἔλυμα ὅτι ἐστὶν ἐκ συμβολῆς. Sunt duo aratrorum genera: quorum alterum compactile, alterum non compositum. Compactile quidem habet dentale quod cum aliis committitur. Est autem dentale cui vomer includitur. Lignum vero quod a dentali extenditur ad boves vocatur buris, quod vero a bura temo. Illa vero pars jugi, qua cervicibus boum imponitur alii vocant ζεύγλας, alii μέσας αἰσας. Tale quidem est compactile aratrum. Non compositum vero est, cujus dentale non committitur, nimirum clavis & arte cum aliis aratri partibus, sed est unum lignum ex quo dentale, buris, temo. Inde apparet quam egregios interpretes egerint in versibus paulo præcedentibus exponendis, qui de Græco Latinum fecerunt Hesiodum:

Εὐτ' ἂν Ἀθωαῖνις θυμὸς ἐν ἔλυσμα πῆξας

Γόμφοιζιν πελάσας περσάρηφεται ἰσοδοῦι.

Nempe cum Attica Cereris famulus temoni infigans Clavis ad-junctum stiva aptaverit. Quot fere verba tot errata. De Atticæ Cereris famulo ante dictum. Num ἔλυμα est temo, ἰσοδοῦς stiva? Perverterunt omnia, stiva est postrema aratri pars, Græcis ἐχέτης· ἰσοδοῦς prima illa temonis nimirum pars, quæ inter boves protenditur. Ἐλυμα est dentale. Eratosthenes: Ἐλυμα ἐν ᾧ ὁ ὕμνις ἐντίθεται. Ἐλυμα est cui vomer inducitur. Proclus: Ὑμνις ἐστὶ τὸ σίδηρον αὐτὸ τὸ ἐν τῷ δρότρῳ ἂν γίγαντι πλὴν γινώσκουσιν ὅτι τῷ ἔλυσμα περσάρηφεται ἀναθεῖν ἐμβεβλημένον εἰς αὐτὸ τὸ ἐχέτην ὅτι. Ὑμνις est ferrum quo in arando terra scinditur. Hoc vero adaptatur ἔλυσμα superius injectum ubi cavum est. Ἐλυμα

Latinis dicitur dentale. Servius: *Dentale est lignum in quod vomer includitur*. Varroni dens dicitur, lib. IV de Lat. lingua: *Rutrum ut ruitum aruendo: aratrum quod aruit terram. Ejus ferrum vomer, quod vomit eo plus terram. dens quod eo mordetur terra*. Alii tamen in medio aratro ἔλυμα locant, & sic appellant commissuram qua γῆς & ἰσοδοῦς conjungitur. Tzetzes: Ἐλυμα τὸ μέσον τῶν ὀρότρων, ὅπερ ὁ γρόμφος βληθεὶς συναλοῖ τὸ γῆλον καὶ τὸ ῥυμόν. Ἐλυμα est medium aratri, ubi clavus impectus committit burim & temonem. Proclus paulo ante: ἔλυμα μέρος τῶν ὀρότρων ἐν τῷ μέσῳ ὅν, ἔνθα συμβάλλεται ὁ γῆς τῷ ἰσοδοῦ. ἔλυμα δὲ τὸ ὅθεν τὸ ἐλύειν ὁ ἴσι καλύπτειν. Elyma pars aratri in medio, ubi committitur buris cum temone. Dicitur autem ἔλυμα ab ἐλύειν, quod est, tegere. Verum hanc observationem non esse Procli, sequens annotatio ostendit quæ accurate ὀρότρων καὶ ἰσοδολῶ docet, ejusque partes enarrat. inde tamen hausit Etymologici magni auctor qui iisdem verbis utitur. In hunc vero errorem hos omnes induxerunt male intellecti Hesiodi versus, quos modo produximus: Εὖτ' αἶν Ἀθλωαίης δμῶδες &c. Hos isti Grammatici ita ceperunt quasi ἐν ἐλύματι impingeretur & ἰσοδοῦς & γῆς, quæ partes per ἔλυμα conjungerentur. Sed falsi sunt. Hesiodus dicit: burim inventam impinge dentali, illiquehuri adapta clavis temonem. Pollux lib. I, cap. 13: ἃ ὁ ῥυμός ἐν ἡμερῶσι ἔλυμα. τὸ δὲ ὀρότρων σιδήρεον ὄνις. ἥς τὸ ἀκροῦν νύμφη. ὃ δὲ ῥυμός ἡμερῶσι ἐκ τῶν τῶν τὸ μὲν ἐπισημαίνει αὐτῶν, ὃ ὑπολείπεται, τὸ ἔλυμα γρομφωμόρον, γῆς. τὸ δὲ μὲν τὸ γῆλον ἰσοδοῦς. Cui temo adaptatur ἔλυμα, dentale. terram vero arans ferrum ὄνις, vomer. cujus suprema pars νύμφη. Temo vero aptatur ex his partibus. Pars ejus curva, cui subnectitur dentale clavis adfixum, γῆς, hoc est buris vocatur. quod vero post burim, ἰσοδοῦς, hoc est temo. Sic autem legendus hic locus. Vulgo legitur: ἃ ὁ ζυγὸς ἐν ἡμερῶσι ἔλυμα. quod falsum. vide & Favorinum & precipue Proclum ad hunc locum. Sed de hac aratrorum antiquorum forma & confectione alibi pluribus egimus.

v. 436. Δρυὸς ἔλυμα, πείλοιο γῆλον] MS uterque: πείλοιο γῆλον.

v. 450. Χείμαλιν ὀρίων Δεικνύει ὁμοειδῆ] Emenda ex Palatino

latino & Vossiano codice I, aliisque ὀμβρηῦ, imbriferi, pluvialis.

v. 452. Ἐλίκας βόας] Hesych: ἔλικας ἐλικοπεράτους, ἐπιγαμπῇ τοὶ κίρρα ἔχοντες. qui cornua habent introrsum reflexa. quæ vera notio est hujus vocis. Latinis dicuntur camuri. Philargyrus ad Virgil. III Georg. v. 55:

*Et camuris hirta sub cornibus aures.*

Camuri boum sunt qui conversa introrsum cornua habent: quibus contrarii patuli, qui cornua diversa habent: lævi quorum cornua terram spectant. His contrarii licini, qui sursum versum cornua habent. Eadem Servius habet nisi quod male lævi apud hunc omisium. Patuli enim sunt qui cornua diversa habent, hoc est extrorsum flexa, qui opponuntur camuris, lævi vero licinis. Festus: *Camara & camuri boves a curvatione, & Græco καμπή.* boves nimirum camuri a curvatione cornuum camurâ sic dicuntur.

v. 454. Ἀπεινήσαλ] MS I, ἀπεινήσαλ. MS II: ἀπεινήσασα. quasi ab ἀπεινέομαι. sed ἀπεινήσασα videtur quoque Proclus agnoscere: Τὸ γὰρ αἰτήσαι ὀχρεῖς εἰσι. ἀλλὰ τὸ ἀπεινήσαλ καὶ μὴ δεῖναι ὀχρεῖτερον. Sed vulgata præstat.

v. 459. Εὐτ' αὖ γ' πρῶπς' ἄρα] MS uterque, & Proclus: αὐτ' αὖ δὲ. quos sequor. ἄρα hic est tempus arandi, non ipsa aratio, ut messis, sæpe messis tempus: πληθύουσα ἀγορῇ, tempus quo maxima est in foro hominum frequentia: prima fax, tempus quo vesperi faces accenduntur, & mille talia. Versu sequente MS uterque δὲ τοτ' ἐφορμηθῶν.

v. 462. Εἶατε πολεῖν] Uterque codex: πολεῖν. Glossæ prioris, πάλι, ἀνάσσει. Nonnulli legerunt ἦρα πολεῖν. quæ pro varia lectione prioris libri margini erant adscripta. Nihil mutæ. vide supra ad vers. V. Hesiodum Ennius imitatur, qui eadem ratione dixit *polire agros* pro vertere. hoc enim est a πολεῖν. inde & interpolare.

v. 465. Εὐχασθ Διὶ χθονίῳ] Interpp. Latini: *Supplica Jovis terrestri.* Quis nam ille terrestris Jupiter? Quæ Tæzes de sua εὐχερῶν inculcat hic & aliis pluribus in locis, nugæ sunt. χθονίῳ Ζεὺς est Jupiter inferus. χθόνια Græcis dicuntur quæ sub terra sunt, καὶ χθόνια. χθόνιοι θεοὶ sunt dii inferi. Hinc sæpe



in Græcis inscriptionibus ΧΘΟΝΙΟΙΣΘΕΟΙC. quod in Latinis est *diis manibus*. In aliis vero θεοῖς καὶ χθονίοις. Sicut apud Homerum καὶ χθονίος ζῶς est qui nostro χθόνιος. Æschylo in *ixst.* v. 164 dicitur ζῶς κεκμηκότων. *Jupiter mortuorum*. Hesych: χθόνιός ζῶς ὁ αἰδής. Ab aliis Græcis poetis dicitur & χθόνιός βασιλεύς. In Theog. 767: θεὸς χθόνιός. Et Proserpina dicitur χθονία scilicet βασίλισσα. regina infera. Euripidi Furix sunt χθονίαι θεαί. Nec hoc ignoravit Proclus, sed cur Pluto ab agricolis sit invocandus nescivit. Id vero inde est quod Plutonis ditioni & potestati subjecerint terram, illumque crederent esse datorem illarum divitiarum quæ ex terra proveniunt. Onomacritus hymno in Plutonium, qui sub Orphei nomine circumfertur:

Πλεθδὲ τῶν γηινῶν βροτίων καρπῶς ἐναιωτῶν.

*Divitias largiens humano generi fructibus annuis.*

Cic. II de natura deorum: *Terrena autem vis omnis atque natura Diti patri dedicata est: qui dives ut apud Græcos Πλῆτων, quod recidant omnia in terras, & oriantur e terris.* Plutus in Timone Luciani ad Mercurium: Οὐδὲ ὁ Ζεὺς ἀλλ' ὁ πλῆτων ἀποτίλλει με παρ' αὐτῆς, ἅπερ πλεθδότης καὶ μεγαλόδωρος καὶ αὐτὸς ἄν. δηλοῖ γὰρ καὶ τὸ ἐνὸς μὲν. Non *Jupiter*, sed *Pluto* me mittit ad eos, qui & ipse divitiarum dator est, & magnorum largitor, quod suo etiam nomine declarat. Nimirum sicut πλῆτων apud Græcos a πλῆτε δόσις, sic propter eandem rationem Latinis Dis dicitur, quod divitiarum dator sit. Refert huc quoque Arnobius raptum Proserpinæ ex veteribus Mythologis: *Ille qui raptam Dite a patre Proserpinam dicit, non ut reris, in turpissimos appetitus viraginem dicit raptam; sed quia glebis oculimus semina, isse sub terram deam, & cum orco significat fœdera genitalis conciliare fœtura.* vide & Porphyrium apud Eusebium de præparat. Evangelica lib. III, cap. 3. Hinc & Proserpina numinibus agricolarum accensebatur. Augustinus I V de Civit. Dei, cap. 8: *Præfecerunt Proserpinam frumentis germinantibus.* Arnob. III adversus gentes: *Et quod sata in lucem proserpant cognominatam esse Proserpinam.*

v. 466. Ἰσπὸν ἀκμῶν] Delenda hic distinctio. Nam ἀκμῶν  
Δι

Διὶ χθονίᾳ pertinet ad versum sequentem, δὲ χάρις τὰ πρῶτ' ὄρεται. Incipiens arationem supplica Plutoni, ut opus fortunet. Ἀρότης. recte MS secundus. In primo ut & editionibus ὄρεται. perperam. Supra v. 384:

Πληϊάδων Ἀτλαγχεύων ἐπιτιμωμένων  
 Ἄρχαζ ἀμνητῶ δόροισι ἢ δυσορμύων.  
*Pleiadibus Atlante natis exorientibus  
 Incipe metere, arare vero occidentibus.*

## CAPUT XII.

Hesiodus ter emendatur, semel Proclus. Μίσαιον, μίσαιον. Pollux emaculatus. Εὐδημοσύνη, κακοδημοσύνη. Βιότος αἰσθητός. Εὐχθεῖων. Ἡελίη τρηπαῖ bruma. Hesiodi locus non intellectus adhuc exponitur. Ἡμῶν ἀμῶν. Καθεῖξ. Sedere. Desidere. Οὐχ ἴδῃ. Χαλκήϊος Θῶκος. Δίχα. Stationes. Atheniensium Garrulitas & nimium novarum rerum studium. Λεχῶν multitudo Athenis. περὶ γλῆσιν κρητῶ. Δεικνύειν. Ostendere. Μίμναι γαῖα. Orpheus emendatus. Καλῖαι.

v. 469. **E** Ἦδρυν ἐλκόντων μεσάων] lege ex utroque MS με-  
 σάων. Jam olim de lectione hujus loci incer-  
 tos animi fuisse viros eruditos, qui in hoc scriptore non  
 negligenter sunt versati, Proclus ostendit, qui utramque le-  
 ctionem affert & exponit. Vulgatam ut tueatur ibi vide. De  
 hoc nostra sic disputat: Ἐλκόντων μεσάων] (sic lege ex MS  
 Gudii, vulgo male μεσάων) τὰ μίσαια μεσάων, λέγονται ἢ  
 αἱ τὸ ζυγὸν γλυφαί. Καὶ ὁ Καλῖμαχος μίσαια βῆς ὑποδύς.  
 Ἐλκόντων τ' βοῶν τὸ ἔνδρυν τ' μεσάων, τ' ζυγὸν ἐν ᾧ αἱ γλυ-  
 φαί, ἔνθα οἱ αὐχῆες τ' βοῶν δίδονται. Sed melior hoc loco Tze-  
 zes: Εὐχε τῇ χθονίᾳ εἰμαρμένη ὅταν ἄρξῃ δροίραϊν, καὶ οἱ λῶροι  
 τ' ζυγὸν ἔλκωσι τ' ῥυμὸν δηλονότι τ' βοῶν κινημένων. Precare terre-  
 stem Providentiam cum inceperis arare, & lora jugi traxerint  
 temonem, bobus scilicet moventibus. Est enim μίσαιον & μίσ-  
 αιον lorum quo boves alligantur temoni. Pollux I, 13: Ὁ  
 πλατὺς ἱμάς ὁ τῷ ζυγῷ περικρατᾷ τὸ μίσαιον ἰχέσιον, καὶ μίσαια,  
 καὶ μίσαιον (sic lege ex MS) καλεῖται. καὶ λαμβάνεται ἢ αὐτὴν  
 ὅταν περὶ λαῶσιν εἰς τὸ τ' ζυγὸν τρύπημα, κερκίδα ξυλίνῳ ἱμά-  
 λῶτες ἢ καλεῖται ἑμῖρυν ἢ ἔνδρυν. Lorum latini jugo adnexum  
 vocantur

vocatur ἰχθυοίον, & μέσσοι, & μέσσοι, quo utuntur cum in jugi foramen immittunt paxillum ligneum, quem ἔμβρυον aut ἔνδρυν vocant. Valde apposite ad hunc locum. Sane ἔνδρυν Proclus quoque δρύνιον πασσαλίον quernum paxillum exponit, qui infligitur foramini jugorum ne lora, quæ temonem trahunt & boves illi alligant, excidant. Plerisque tamen est ipse ἰσσοδός, seu ῥυμός. sed, puto, συνκαταχινῶς, ut postea temo pro ipso aratro.

V. 421. Εὐθημοσύνη γὰρ ἀείρη] Uterque codex εὐθυμοσύνη, sicut & sequente versu κακοθυμοσύνη, qui tamen non sunt sequendi. nec Latini interpretes, qui imperitissime vertunt *industria*, & *ignavia*. Diu est quod non solum Proclus, sed viri etiam nostræ ætatis doctissimi clamarint, εὐθυμοσύνη esse concinnam rerum dispositionem, cum omnia recte & ordine geruntur & collocantur; κακοθυμοσύνη vero ordinem confusum, cum res male digeruntur, nihil via & ratione agitur, nihil loco fit. εὐήμοις, qui omnia bene & ordine disponunt. Æschylus Choëphoris:

Δμωὴ γυναικες δωμότων εὐήμοις.

*Ancilla domum ordinantes.*

Scholiastes antiquus: Τῶτ' ἐστὶν ὑπερέπιδες δὲ πλείους τὰ κτ' ἢ οἶκον. vide viri sine dubitatione doctissimi P. Leopard. Emendar. lib. V, cap. 2. In eodem versu in MS I legitur ἀέριμα καὶ ἀεὶ πῖλον.

V. 474. Βιότοις ἐρδύμενον] Si Moschopuli interpretatio accipienda legendum ἐρδύμενον. Tradit enim Hesiodo positum esse pro ἐρδύμενον idque esse abundantem, ab ἐρυγῇ quod significet copiam divitiarum, per translationem a stomacho petitam, qui non ruet nisi cibo sit repletus. Sed hæc per quam dura est translatio & inconcinna. MS Vossianus legit βιότοις αἰρδύμενον, videtur fruentem. quæ quin vera Hesiodi lectio sit nullus dubito. Est constructio Attica, ut ἔφαγε τὸ δῶτ' ἔ, qua lectionem vulgatam etiam tuetur Moschopulus. videtur confirmare Proclus, qui ἐν πόντων ἔχεις κερπὲς, sicut & Tzezes, qui μετὰ λαμβάνοντα τὸ βιότοις καὶ τὸ ζῶης exponit, quamvis apud hos etiam legatur ἐρδύμενον.

v. 477. Εὐοχίῳ] Repone ex Proclo, Moschopulo, Eustathio, & antiquioribus nonnullis editionibus Εὐοχίῳ, bene instructus cibus. vidit & D. Heinſius & Iſaacus Caſaubonus ad Athenæum.

v. 479. Εἰ δὲ καὶ ἡλίῳ προπαῖς δόξης] Per ἡλίῳ προπαῖς hic intelligi χειμῶνός liquidò conſtat. Vertendum ergo: *ſc brumtis atavetis*. Cic. II de nat. deorum c. 7: *Solis acceſſus diſceſſuſque ſolſtitiiſ brumtiſque cognoſci*. Veteres ſolſtitium æſtium κατ' ἐξοχὴν ſolſtitium dicunt: quod vero vulgò hybernum ſolſtitium appellatur, melioris ætatiſ ſcriptores appellant *brumam*.

v. 480. Ἦμῶν αἰμήσεις] Ἦμῶν αἰμῶν non eſt quod omnes Græci Latinique volunt ſedere in metendo propter culmorum raritatem & brevitatē. Non vidi interpretem, qui hunc locum intellexerit. Ἦμῶν αἰμῶν eſt tempore meſſiſ, cum alii occupantur & exercentur in demetendiſ & congerendiſ frugibus, otioſum eſſe, nihil habere quod agas, quia ager nulloſ tulit fructuſ ob ſerotinam arationem. Græciſ enim & Latinis ſedere eſt otioſum eſſe. Demoſth. Philipp. I I: πολὺ γὰρ πολλοῖς ἀφορμαῖς εἰς τὸ πλεονάζειν τοῖς ἄνθρωποις ἔχειν ὅρα ὑμῖν ἐνέστας ἡ ἐκείνῳ αἰμῶν οἰμαι καὶ ἡμέτερον εἶδὲν ποιῆσαι. Plures occaſiones rei bene gerenda ſe nobiſ offerunt quam Philippo, qua ſunt ſignificationes benevolentia Deorum erga noſ. ſed ſedemus ut video, nihil molienteſ. Non longe poſt: Τὺς μὲν ἄλλους σπώνεται πολλὰ κίς πέντε, καὶ κατ' ἑκάστην ἐν μέρει. καὶ ὅς ὑμῖν περὶ αὐτῶν δὲ πολλὰ λείπει καὶ ἡμεῖς. Alioſ plerumque univerſoſ ac ſinguloſ conſervatiſ, nunc amiſſiſ veſtriſ ſedetiſ. Bacchylideſ: εἰδ' ἰδρὺς ἔργον εἰδ' αἰμῶν αἰμῶν. Non eſt ſedendi tempuſ & cunctandi. pro quo Homeruſ εἰδ' ἰδρὺς, non eſt ſedendi tempuſ. Iliad. ω.

Ἦν δ' ὅτεν γὰρ

Θήσονται ἀπὸ αὐτοῦ μὲν ἰλίωπις Ἀχαιοί

Ἀχαιῶν γὰρ οἷα καὶ ἡμεῖς, εἰδ' ἰδρὺς αὐτοῦ

Ἦν δ' ὅτεν γὰρ πολέμου βασιλῆς Ἀχαιοί.

Mane autem committent pugnam circa urbem nigris oculis Græci. Hi enim indignantur ſedenteſ, neque poſſunt conſinere cupidoſ pugnandi Græcorum regeſ. Cic. pro Roſc. Cum jam proſcriptioniſ

memio

mentio nulla fieret, cum etiam ii qui antea proscripti erant, sederent, nomen refertur in tabulas S. Roscii. Id. in Pison. An potest ulla esse excusatio non dicam male sentienti, sed sedenti, dormienti in maximo reipublica metu consuli? In Verr: Quid sedes Verres? quid spectas? Lib. XVI epist. ad fam. 3: Iis enim ventis isthinc navigatur, qui si essent nos Corcyra non sederemus. Sic & desiderare, & residere: hinc deses, reses, desidia. Terent. Frustra ubi totum desedi diem. Sueton. Jul. A quo ad arcessendam classem in Bithyniam missus, desedit apud Nicomedem.

v. 485. Εἰ δὲ κεν ὅψ' ὀρόσης] MS I ὀρόσεις.

v. 490. Οὕτω καὶ ὁ ψαρότης θεωρητέη ἰσφαρίζοι] MS I, θεωρητόν ἰσφαρίζοι. MS II, ἰσφαρίζι.

v. 493. Πὰρ δ' ἴθι χαλκίον θῶκεν] Interpretes: Præter autem aneam sedem. sed vertendum: officinam ætariam, seu ferrariam quæ omnibus patebant, in quibus solebant pauperes confabulari, quin & dormire. Homerus Odyss. σ vocat χαλκήϊον δόμον, ubi Melantho ad Ulyssæm, quem pro mendico habebat:

Οὐδ' ἐθέλεις ὄνειν χαλκήϊον ἐς δόμον ἐλθὼν

Ἥ ἐπεὶ ἐς λίχλιν.

Non vis cubitum ire in fabri ferrarii officinam aut aliquam tabernam. vide ibi Eustath. ὠκῶ enim hic idem est quod δόμος, officina, taberna, locus ubi commoramur. Noster alibi:

Φύγειν ὃ σκιεὺς θῶκε καὶ ἐπ' ἡδ' κρεῖτον.

Fuge opacas domos & matutinum somnum. Hinc θῶκεν est commorari in aliquo loco. Hesych. θῶκεϊ, κρεῖττον, ὁμιλεῖ. Λίχλαι sunt porticus, basilicæ, tabernæ, aliaque loca publica in quibus otiosi confabulandi causa conveniebant. Latini vocant stationes. Plin. II, ep. 9: Prenso amicos, supplico, ambio domos, stationesque circumeo. Sueton. Neron. 37: Salviano Orfito objectum est quod tabernas tres de domo sua circa forum civitatibus ad stationem locasset. Posterioribus temporibus scholas dixerunt, ut multis docet Vir summus, Thomas Reinesius ep. 36 ad Rupertum. Tales λίχλαι & stationes Athenis trecentas & sexaginta fuisse Proclus ad hunc locum testa-

testatur. Quod nemo mirabitur qui meminerit Atticos fuisse valde garrulos, novaque audiendi præcipue de aliorum vita & rebus percupidos. Dicæarchus ἐν βίᾳ ἰππιδότῃ. Οἱ μὲν Ἀθηναῖοι ἐπείεργον ταῖς λαλιαῖς, ὑπαλοὶ, συκοφαντοῦντες, ἀφελήρηται δὲ ξένικῶν βίων. Athenienses sunt valde dediti inanibus confabulationibus, occulti, sycophantæ, exploratores vite aliorum. quod confirmant egregie verba Lucæ in actibus Apostolorum. Ἀθηναῖοι δὲ πάντες καὶ οἱ ἐπιδημῶντες ξένοι εἰς πόλιν ἕτερον ἀκαίρην ἢ λέγειν τὴν καὶ ἀκρίβειαν καινότερον. Athenienses autem omnes & inquilini peregrini nulli alii rei vacabant, nisi aut dicendis aut audiendis rebus novis. Probo vero hic lectionem, quam ex antiquo codice primus prodidit G. Canterus, ἰππιδία λέχλω. Eam agnoscit quoque codex Vossianus primus cum interpretatione ἡερμῶ φλυαρίαν.

v. 499. Καὶ ἐπεσλέξατο θυμῷ] Latini interpretes in recentioribus editionibus: *animum suum increpat*. perabsurde. quanto rectius antiquiores: *mala versat in animo*. Προσλέγει καὶ ἐστὶ καὶ ἐνοεῖν ἐν ἐαυτοῦ ψυχῇ ut recte Græci magistri. nimirum cogitare de furtis, latrociniiis, sacrilegiis aliisque malis vitam tuendi artibus, ad quas compellit paupertas, quæ crimina suadet ingeniis, ut Silius ait. Sicut autem λόγῳ, λέγω, ἀφελήρημαι, φράζω, φημί, sic & ἐπεσλέγω non solum de oratione, sed & ratione & cogitatione dicuntur.

v. 502. Δείκνυς δὲ θυμῷ] Præclare D. Heinſius docuit δείκνυς hic esse dicere. Sic & Latinis ostendere. Cic. V ad fam. 12: *Cum mihi sæpe ostenderis te accuratissime nostrorum temporum consilia & eventus litteris mandaturum*. hoc est, dixeris, declaraveris. lib. IV, ep. 1. *Eadem omnia quæ a te de pace & Hispaniis dicta sunt ostendi me esse dicturum*. Lib. I. ep. 9: *In eo ipso quod te ostendis esse facturum, dicis, scribis*. pro ἡερμῷ MS I, ἡερμῷ.

v. 508. Μέμνυς δὲ γαῖᾳ] Hunc locum optime exposuit vetus Scholiastes Nicandri ad Theriacῶν v. 626, qui contendit μέμνυς hic est clauditur, constringitur gelu terra, ἐπειδὴ πάντες ἐν χειμῶνι συνισπληρόν εἰσι καὶ ὑποσπληρόν. quod omnia hyemis tempore clausa & constricta frigore rigeant. vide Proclum

clum quoque ad hunc locum. Orpheus in descriptione hyemis, quam Heliodum hic aiunt esse imitatum :

Πολλὰ ἔραιν' ὄν κ' ἐπαρτίς ἐν νεφέλαις  
 Τῇ μὲν ἐπ' ὄρεσσιν φηγίς κ' δένδροισιν ἄλλοις  
 Οὐρίσι τε, σκοπίοις τε, κ' αἰθ' ἡρώσις ἐρ' ἡμέρις  
 Πηγυλίδες, κ' ἴσονται ἀμειδίης. αἱ δ' ἢ γ' ὄντες  
 Τρύσαν κ' γῆρας ἐν ἔρσιν, ἔδ' ἢ π' ἀνδρῶν  
 Προβλάσκειν μεγάρην διώκται κ' γῆα δαμνοθεῖς  
 Ψυχὴ λυγυαλίῃ· πάχνη δ' ὑπὸ γῆα μέμυκε.

*Multa de caelo & crebra ex nubibus Tunc incidit fagus & aliis arboribus montibusque & rupibus & hominibus mæstis Glacies, & erunt adspectu tristes. Illa enim affligit & animalia in montibus neque mortales prodire ex adibus possunt, quia membra attingunt frigore acri, geluque membra constringuntur. In tertio versu scripsimus ἀμειδίης. sicut apud poetam ἀμειδιῆς νύκτες, tristes noctes. Latinis, tristis hyems, vulgo legitur sine sensu: ἀμειδίης. Sed hoc vitium D. Heinsum quoque deprehendisse postea cognovi.*

v. 503. Ποιεῖτε καλιαῖς] est extruite ædes, tuguria. καλιαῖς enim & καλιοὶ sunt ædiculæ, casæ. sic & supra v. 305.

Ὡς καὶ τοὶ ἄνθρωποι βίοντι πλὴν ὄντων καλιαῖς.

*Ut tibi æstate collecto vitæ impleantur tuguria. quamvis proprie ibi dici de horreis veteres notent. Hesych. Καλιοὶ τὰ ὀπίσθ' αἰκῆς. Idem: οἱ μικροὶ οἶκοι καλιαῖς κ' καλιόδια. Vulgo nidos componite vertunt. Novi idem apud Latinos interdum etiam nidos dici tenuiores ædes, & quosvis secessus, sed in versione præstat propriis uti vocabulis.*

v. 510. Πιλιᾶ] MS I, πιλιᾶ, II Codex: πιλιᾶ. quod non improbem. Hinc πιλιᾶς apud Homerum teste Eustathio est ἀρροπίων. Et πιλιᾶν. Hesych. πιλιᾶ, πίπις, ἐκείνη.

v. 513. Ἀλλὰ νῦν κ' ἔψυχρας εἰὼν ἀλγῆσι] Non intellexerunt hujus loci sensum interpretes cum vertunt: *quasi nihilominus frigidus existens perflat. Verte: sed & has frigidus valde perflat. Τῶν* hic ut sæpe apud poëtas pro τῶτων. quod & Moschopulus monuit & auctor glossarum ineditarum codicis Vossiani. *Δασύτερον & πυνύτερον* vulgo interpretantur *hirsuta*. sed Latini

nis non dicuntur hirsuta quæ villosas habent cutes, sed quæ scotosas, ut porcorum, aprorum, echinorum. Cic. de nat. Deorum: *Quantum animantium alia coriis recta sunt, alia villis vestita, alia spinis hirsuta.*

## CAPUT XIII.

Ἐπηταιὸν. Ἀνόςτος. Κυάτος niger. Πανίλλως. Μυλιαῖν, Μαλκιάν. Crates correctio in Hesiodo probata. Proclus correctus. Crates Mallotes. Νίξ. Hesiodus leviter emendatus. Χλαῖνα, ἰαπα. Πῖλοι. Ἀρνακίδες. Πολυξ emendatur. Πέλωλα. Πέδια. Ἀναξυρίδες. Σκελαί. Rursus Polluci duo loca restituta. Διδέγεα.

v. 517. Οὕτως ἔπηταιαί τε λίγες αὐτῶν] Ἐπηταιαί τε λίγες Latinis interpretibus sunt *appui villi*. Sed Græci erant audiendi qui bene explicant *δυσεῖα*, ἔλξι λείπυσσι, συνιχέας, villi densi, spissi, quibus opponuntur rari. Ἐπηταιὸς *ἱερε* est affluens, copiosus. Hesych: Ἐπηταιὸν, συνιχέας, ἀδιέληπτον, ἀσπυριζόμενον *ἀπὸ πάντων* ἔχοντα, δαψιλές. Homer. Odyss. εἰ. Ἀλλ' αἰεὶ παρέχουσιν ἔπηταιὸν γάλα θῆας.  
Sed semper præbent copiosum lac mulgendum.  
Odyss. εἰ.

λίγω γὰρ ἀεικελίως ἐδαμέσθω  
Κύμασιν ἐν ποσσὶς, ἐπεὶ ἐχθραὶδὴ κ' ἔνθα  
Ἦεν ἔπηταιὸν.

Miserrime vexatus in fluctibus immensis quoniam commotus abundans non erat in navibus. vide ad utrumque locum Eustathium.

v. 520. Ἐνθόθεν φίλην ἄλγος μητίεα μέμνη] MS primus: Ἐνθόθεν μέμνη ἄλγος μητίεα κεδνῇ.

v. 524. Ὅτ' ἀνόςτος δὲν πόδα τίμνη] Antigonus Carystius in *πολύπυρον συναγωγῇ*, cap. 25 legit *τίμνη*. Ὁ δὲ πολύπυρος, inquit, ἐν τῷ χειμῶνι τοὺς πλεονέκτας αὐτῷ καταδί' τῷτ' ἐπὶ  
Ἦματι χειμερίῳ ὅτ' ἀνόςτος δὲν πόδα τίμνη.

Polyrus hyeme suos comedit cirros. Hoc significat: Tempore hyerne quando exossis. Polyrus suum pedem arrodit. Quod Hesiodus πόδα πολύποδον, hoc Antigonus πλεονέκτας nominat, Phileas  
E  
vero



vero & Alianus πολοχίμυς. Inde proverbium cujus Hesychius meminit: Πολύποδ' διπλὸν αὐτὸς ἑαυτὸν καθαφάν. Observatu vero dignum est quod notavit Proclus ἀνόστον esse Lacedæmoniorum vocem, sicque eos appellasse πολύποδα.

v. 527. Κυανέων ἀνδρῶν] Κυάνει' quidem proprie est cæruleus ἑρπυειδὲς χροῖμα. Κῦαν' enim est color cæruleus: sed sæpe etiam ponitur pro nigro. Hesych. Κυάνειον μέλαν. Κυανὴ μέλαινα, Φαιά. Dionysius Characenus v. 586.

Μέσφ' ἐπὶ κυανέης νοτίῳ ὁδὸν αὐτὸς ἐλάσσει.

*Donec ad nigros (æthiopes) australem viam rursus confecerit.* De Indis v. 1112:

Τῷ γαίης ναίεται μὲν ὑπὸ χροῖα κυανέῃσι

Θιωέσιον λιπώντες.

*Quare terra habitatores quidem corpore sunt nigro mire pingues.*

v. 528. Πανέλληνες] Non vertendum univertis Græcis ut vulgo; sed simpliciter Græcis. Πανέλληες enim tempore Hesiodi, Homeri, Archilochi appellabantur Græci ad differentiam Ἑλλήων proprie sic dictorum. Hellenes autem tum temporis dicebantur Phthiotidis incolæ, quod nomen acceperunt ab Hellene Deucalionis filio, qui illius partis Thessaliæ Rex fuit. Atque hunc nominabantur Γραιῖνοι, quod Latini retinuerunt. Hinc Homerus Achillis populares & subjectos vocat Myrmidones & Hellenes. Achilles autem imperabat Phthiotidi. Hi itaque cum proprie dicerentur Ἑλλήεις, reliqui Græciæ populi dicti sunt Πανέλληνες. vide Thucydidis proœmium, Strabonem lib. VIII, Apollodor. lib. I biblioth.

v. 530. Λυγρὸν μυλιόωντες] Suidas: μυλιόωντες, ῥηηνῆτες. Proclus: διεσπασμένοι καὶ συγκυφθέντες ὑπὸ τῷ κρύει. ut apud Phædrum: *Musca contrahita frigore.* Alii tamen omnes μυλιαῖν putant esse κινεῖν καὶ συγκρέειν ὀδόντας ἀπὸ τῷ ψυχρότητι, quod Matthæo est βενυγμὸς ὀδόντων, Tertulliano *frendor dentium*. Sed frigus ferarum æque ut hominum dentes collidere quis vidit, quis tradit? Mallem itaque cum Crate legere μαλκιοῶντες. Μαλκιαῖν, μαλκεῖν, μαλκείειν est frigore rigere, ἀπὸ ψύχου μὴ ἔχειν ὀκινῆται διωάμει χροῖσιν. ut Etymologici magni auctor exponit. Aratus:

Τότε δὴ κρύβει ἐν Διὶ ἐστὶ

Ναύτη μαλκίωντι κακώτεροι.

Vertit Cæsar Germanicus :

*Tunc rigor, aut rapidus ponto tunc incubat Austro,*

*Tarda ministeria. Et nautis tremor alligat artus.*

Ad hanc quoque lectionem puto pertinere Procli expositionem illam, *διεσφραμμένοι καὶ συγκυφθέντες*. Sic lege, non *συγκαφθέντες*. Apud eundem corrupte quoque legitur *Ἰσκρατής*, pro *Κράτης*. Cratis enim Mallotæ Grammatici Pergameni celeberrimi, qui Aristarchi æmulus fuit & perpetuus adversarius, hæc est lectio non Iliocratis. Etymologici Magni auctor: *Μυλιόωντες*. *Ἡ σίο-δου τὰ χεῖλη κινῶντες, ἀπὸ τῆ ψυχρότητος ἢ συνάγοντες, ἢ τὰς μύλας συγκρούοντες. Κράτης δὲ γράφει μαλκίωντες. Ἐστὶ δὲ τὸ ἀφ' ψυχῆς μὴ ἔχειν δίκινετον διωκόμενον χροσπάζει*.

v. 334. *Νίφα λακλῶν*] Omnes tradunt *νίφα* dici per *ἀπὸ κροπῆν* pro *νιφάδα*, quod mihi nulla ratione probatur. Non dubito esse accusativum verum obsoleti nominativi *νίψ*, *νιφός*, unde Latinum *nix*. Hoc quidem nomen interiit ut infinitæ aliæ omnium fere linguarum origines, de quibus vide eruditam dissertationem doctissimi Christiani Daumii nostri. Ab hoc antiquato *νίψ* est *νίφω*, & *νιφόβλητες Ἀλπεις* in Antholog. Alpes nive conspersæ.

v. 337. *Χλαῖναν τε μαλακῶν*] MS II, *χλαῖναν μὲν μαλακῶν*. Sic metro consulitur. Glossæ MS exponunt *ἰμῖνοι παχὺν*. recte. Latinis dicitur læna non chlæna, ut Hesiodi interpretes. Erat vestimentum crassius quo utebantur ad arcendos imbres & frigus. Varro IV de L.L.: *Læna quod de lana multa. Duarum enim togarum instar: ut antiquissimum mulierum ricinium, sic hoc duplex virorum*. Sed in veriverbio labitur Romanorum doctissimus. Est enim læna a Græco *χλαῖνα*, sine dubio, abjecto *χ*, sicut ab antiquo *γλαῖξ γλακτὶς* est lac.

v. 341. *Βοὸς ἴφι καὶ μάρμοιο*] Omnes Græci recte exponunt *bovis nec sepio nec morbis confecti*, sed qui in ipso robore & flore ætatis occiditur, cujus corium calceis, qui non facile deteruntur, & contra frigus maxime muniunt, sit aptissimum. Veteres ex crudo corio calceos conficiebant, Latinis perones dicuntur.

v. 542. Πίλοις ἐνθεοῖς πυκνοῖς] Quis non miretur stuporem interpretum, qui reddunt: *pilis intus condensans*. Quis unquam fando audivit πῖλῳ Latinis significare pilum? πῖλοι sunt lanei calcei, qui sub peronibus inducebantur ad arcendum frigus. Latinis dicuntur *udones*. Ulpianus Π. de auro & argento legato: *Alia causa est udonum, quia usum calceamentorum præstant*. domi nimirum cum non prodirent; sicut & soleæ. alioquin calcei cum prodirent in publicum semper superinducebantur a Romanis, ut ostendit Salmasius ὁ πῖνον ad Lampridium. sunt etiam laneæ fasciæ pedules, ut inferius ostendemus. Quicquid enim ex lana coactili conficiebatur dicebatur πῖλῳ. tam capitis tegumentum, ut statim v. 546 quod hinc Latinis etiam pilcus dicitur, quam pedum. Pollux VII, c. 33, sect. 4: Οὐ μόνον ὁ ἐπὶ τῷ κεφαλῶν ἐπιθεγνύμενος πῖλῳ ἕως ἐκκαλεῖτο, ἀλλὰ καὶ ὁ περὶ τοῖς ποσὶν, ὡς δηλοῖ Κρατῖνῳ ἐν Μαλθηκῆς λέγων. Λούκῃς ὑπὸ ποσὶν ἔχον πῖλῃς. Ὅτι Πλάτων ἐν συμποσίῳ· Καὶ δρυακίδας τοῖς πῖλοις ἀποτίθησιν, ἐνελιγνύμενοι τὰς πόδας εἰς πῖλῃς τε καὶ δρυακίδας. Non solum quod capiti imponitur πῖλῳ dicitur, sed & quod pedibus inducitur, ut Cratinus ostendit in μαλθηκῆς. *Albos sub pedibus calceos laneos habens*. Sed & Plato in symposio etiam δρυακίδας cum πῖλοις conjungit: *Involutum pedes in calceos laneos & agninas pelles*. Sic lege. *Κρυακίδες* erant calcei ex pellibus agninis (δρυακῆς enim est agnina pellis cum ipsa lana) quibus hyeme utebantur, sicut πῖλοι ex lana coactili. Udones apud Martialem lib. XIV ex hircinis pilis confecti narrantur:

*Non hos lana dedit, sed olentis barba mariti,*

*Cinyphio poterit planta latere sinu.*

Cinyphius sinus est calceus ex caprinis pilis contextus. Πῖλῃς Æschylus & Sophocles dixerunt πῖλωλε, Critias πόδα. Pollux VII, 22: Ἄνδρ' πόδια Κελτίας καλεῖ, εἴτε πῖλῃς οἰητίον, εἴτε ἐνελιγνύμενος ποδῶν, ταῦτα πῖλωλε καλεῖ ἐν Φοινίστασι Αἰγυλῳ.

Πῖλωλε ἔχουσιν ὁῖοις ἐν δρυακῆς,

Τὰ δὲ πῖλωλε εἰδῶ ὑποδήματα, ὥστε καὶ τὰ πόδια, ἀ ταῦτα ὑπὸ ταῖς ἀναξυρίσιν, ἅς σελῆας ἔνιοι ὀνομάζουσιν. Κρατῆς δὲ ἐν ἰορταῖς ἔφη· Καὶ δὲ πόδια τελεμίννα. Sic hunc locum partim ex MStis, partim ex conjectura restitui, qui corruptus est in editis libris.

libris. Confundit Pollux hoc loco crurales fascias cum pedulibus. ἀναξυρίδες & σκελῖαι sunt proprie crurales fasciæ, πῖλοι vero, πέλῳρα, πόδια, pedules. Idem Pollux lib. X, cap. 11. Ἄ ῥ' ἰππεῖαι, οἷα πόδια, πῖλας, πέλῳρα. ὥτως ᾧ Σοφοκλῆς τὰ πόδια καλεῖ τὺς ῥ' αὖ τοῖς ποσὶ πῖλας ὁ Πλάτων μένει ἐν συμποσίῳ φήσας, ἐνελιγμένον τὺς πόδας εἰς πῖλας τε καὶ δρεακίδας, ἀλλὰ καὶ Κρατῖν ἐν Μαλθακῇ. Ἀσκήεις ὑπὸ ποσὶν ἔχων πῖλας. ἔξει ῥ' εἰπεῖν καὶ Πηλεΐδης πῖλας. καὶ ἐπὶ τῷ ὀνομαζομένῳ ἔδωνον πῖλας τριμίτας, Λυσίππῳ εἰπόντι ἐν Βάκχαις· ἀλλὰ τριμίτης ἐπὶ Πηλεΐδῃ. Sic istum locum ex suo optimo Codice legendum esse, qui gravissimis mendis & lacunis misere fœdatus est in editis libris, ostendit mihi nuper Vir illustris & undique eruditissimus Isaacus Vossius. Vides etiam Sophocli hic tribui πέλῳρα, quæ superius tribuit Æschylo. Apud Hesiodum nostrum πῖλοι sunt ἱμπίλια, fasciæ pedules ex lana coactili, quibus etiam Romani usi sunt, sed sero. Varro enim affirmat calceamenta sine fasciis sumi solita se puero.

v. 543. Περιθώριον ἐρίφων] Simylus in Moreto:

*cinctus villosa tergo capra.*

Hoc vestimenti rustici genus, quod ex pellibus hædinis conficiebatur, Græcis dicitur διφθέρα, unde διφθεραίη pastores & Attici rustici talibus vestimentis amicti. Theocrito Idyll. III, 25, & V. 15 dicitur βαίτη, ubi Scholiastes docet alio nomine appellari μηλωτῶν, qui prophetarum vestitus fuit, ut ex sacris voluminibus constat. Latinis hic habitus rusticus nominatur rhenus. Ovidio *pastoritia pellis*. Glossæ: Segestre διφθέρα. Segestre teges erat ex segetibus primo facta, sed postea ex pellibus, quibus milites in castris, nautæ & pauperiores utebantur, ut Varro docet, & ad Varronem Josephus Scaliger. Διφθέρα nimirum est omne vestimenti genus ex pellibus rudibus factum.

## CAPUT XIV.

Hesiodus quinquies emendatus. Ἀλκή. Duo epigrammata in catalectis veterum poetarum correcta. Μάκαρις. Beati. Χαλιπός. Gravis. In Virgilio lectio Servii probata. Oceanus cur sacer. Theocrito lux. Alcæi fragmentum elegans correctum. Πιτρεῖν σκιά. Πίτρεα antrum in rupe. Μαζα ἀμολγαῖν. Τ' πριμαζάν. Θάλλει boum pabulum. Ἀκρεῖς Ζεύς. Ἐπαρμήιος βίος. Ποιεῖται δῖτα. Facere populum. Floro lux. Facere pro gignere. Ἡ μὲν ποίησις.

v. 44. Ο Φε' ἐπὶ τῷ τῷ] Moschopulus; ἐπὶ ὧμῳ. quod rectum est. Quæ enim induuntur dicuntur humeris injici non tergo. Exemplorum ubique magna messis. sequentia vero: οἷον ἀμφιβάλλη ἀλεῖν. pessime interpretantur, *pluvia arceas terorem*. cum sit, *pluvia arcenda*, sive *præsidium*, *munimentum* injicias *adversus* *pluviam*. quod a nobis defendat *pluviam*. ἀλεῖν enim est ἀλεωρῆ, συγχρόπῃ, καὶ ἀφυγῇ, ut bene magistri, ἀλῖα vero tempor.

v. 546. Ἦν ἔατε μὴ καὶ ἀδῶν] Est per synecdochen dictum, ne caput tibi madefiat. Ὑπὸς ἔατε καὶ ἀδῶν imber perpluens caput in memoriam mihi revocat elegantissimum epigramma ex catalectis veterum poetarum de Priapo, sed quod aliquot mendis deformatum suo nitore restituemus.

*Parum est, miser quod hic fixi sedem*

*Agente terra per caniculam rimas,*

*Siticulosam sustinens die astatem.*

*Parum quod imos perpluunt sinus imbres,*

*Et in capillos grandines cadunt nostros*

*Rigetque duro barba victa crystallo.*

Sic scribendi hi versus. In tertio vulgo legitur: *diu astatem*. In quarto: *Parum quod imi perfluunt sinus imbres*. In sexto: *juncta crystallo*. ineptissime. Sed & qui duobus interpositis sequuntur ex veteribus editionibus sic sunt refingendi:

*Huc aude quod me fuisse de rudi vilem*

*Manus sine arte rustica dolaverunt,*

*Interque cunctos ultimum Deos numen*

*Cucurbitarium ligneus vocor custos.*

sed hæc præter institutum & pensum nostrum, ad quod nos revocamus.

v. 549. Ἀὐτὸς πυροφόρος τίπτεται] MS I, πυροφόρος ἐντίπτεται, cum interpretatione, σιλοφόρος ἐπιχέεται. Seleucus vero legit αὐτὸς ἐμφοφόρος observante Proclo. Μάχερες hic, ut apud Latinos, *beati, fortunati* sunt homines copiosi, opulenti. Catullus: *O quantum est hominum beatorum?* Dicuntur & Græcis δὲ δαίμονες. Versu sequente uterque Codex & Tzezes: δῶνος ἀμφοῖς. Ibidem liber primus ποταμῶν αἰὲν ἰόντων. secundus autem αἰναιόντων. quod verius. Sic quoque Tzezes. Isingrii editio proxime verum: αἰὲν ναόντων. Sic & apud Hom. Ὀδυσ. N, v. 109 ὕδατ' αἰναιόντα, ubi quoque vulgati αἰναιόντα.

v. 554. Τὸν φθάνω ἐξελπίσας] Ut versus constet reponere lectionem veterem ex utroque codice: Τὸν φθάνω ἐξελπίσας. Extrat & apud Moschopulum.

v. 558. Χαλεπὸς περὶ θανάτῳ] Noxius ovibus ut Latinis *gravis*. Virg. III Georg. 415:

*Galbanoque agitare gravi nidore chelydros.*

Sic legit Servius & exponit, *serpentibus noxiis*. Ovid. IV Metam. v. 497:

*Inspirantque graves animas.*

Liv. VII. 6: *Grave tempus & forte annus pestilens erat.* Versu sequente uterque codex: καὶ πλεῖον εἶη.

v. 561. Ταῦτα φυλακισμένω] Hunc & sequentes duos versus pro subdititiis expungendos esse censuit olim Plutarchus. Nec illos videtur agnovisse Moschopulus. Rectius sane abessent.

v. 566. Ἰσρὸν Ὠκεανὸν] Omnes ἰσρὸν hic esse magnum, immensum interpretantur. Non nego sic posse accipi. Verum tamen est ἰσρὸν hic propriam notionem non migrare. Oceanus enim sacer erat, quia erat Deorum domicilium, Neptuni, Thetyos, Solis, astrorum, quæ credebantur mare subire. Fabianus apud Senec. I controvers. *Sacrum quidem terris natura circumfudit Oceanum.* Hinc & *diuum* appellatur. Plautus apud Varro-nem ex emendatione Scaligeri:

*conferta rate inarataque perito*

*Quæ diuum mare eunt sudantes atque sedentes.*

Sic sæpe apud nostrum & alios εἰς ἄλλα διαν. In mare diuini. Quin & Oceanus pro Deo habebatur, Cæli & Telluris filio, patre vero Saturni & Opis. Hinc Alexander M. ei fecit tanquam Deo. Justinus: *Expugnata deinde urbe, reuersus in naues Oceano libamenta dedit, prosperum in patriam reditum precatus.*

v. 568. Οὐρομένη Πανδίωνις] MS II, Proclus, Tzezes: οὐρομένη. Sic & Hesychius & Etymologici magni auctor. Suidas tamen & MS I stat a vulgata. v. 570. MS I, ἀειτεμένιδι, v. 574. MS II, κούται.

v. 582. Ηῦ μὲν πεσέλυμ τ' ἀνθεῖ] Hoc tempus significat Theocritus Idyll. VI, 15:

Αἱ δὲ αὐτίθι τοὶ ἀλκυόπισταί, ὡς ἀπ' ἀκάνθας

Ταῦ κεκυραὶ χαῖται, τὸ κελὸν θέρειν ἀνέκα φέρτε.

Quæ sic reddenda sunt: *Illæ vero suæ sponte lasciuivæ, quia cardui flores sunt languidi, tum pulchra æstas ardet.* Versionibus vulgaris nullus sensus. Χαῖται κεκυραὶ ἀπ' ἀκάνθας, sunt pappi volantes Lucretii. Pappi enim sunt flores carduorum. κεκυραὶ quia fervore solis flaccidæ decidunt & per ærem feruntur. Elegans fragmentum Alcæi de hoc ipso tempore nobis servavit Proclus: Οἶνον πνέμενα πύλα. (Sic MS Gudii) Τὸ γὰρ ἄστρον ἀειπέλαται. Ηῦ δ' ἄρα χαλεπαί. Ἀχεῖ δ' ἐκ πετάλων τῆδε αἰ τίτλη ἀνθεῖ κὺ σέλυμ. Corrupta D. Heinsius sic emendat, ἀχεῖ δ' ἐκ πετάλων ἀχέται τίτλη. Sed videtur potius scripsisse: ἀχεῖ δ' ἐκ πετάλων ἀδία αἰ τίτλη. *Suave canit.* ut exprimat illud Hesiodi, λιγυρὴν καὶ χαλδίτ' ἀοιδίῳ. ubi tamen MS II ἐπιχαλδίτ'.

v. 584. Καμπτύδε] MS uterque καμπτύδε, ut & vers. 664.

v. 589. Εἴη πετραίη πεσκή] Mirifice interpretes Latini ut solent: *Petrosa que umbra.* Πετραίη πεσκή est σκιά ἐν σπηλαίῳ, umbra in antro. ut supra v. 532, γλάφυ πετρεῖν, est antrum in petra. Ubi rursus interpretes, *caverna petrosa.* Πέτρα Homero aliisque Græcis poëtis sæpe est antrum in rupe excavatum. Iliad. β.

Ηῦπε ἔθνη εἴσι μελισσάων ἀδινάων

Πέτρης ἐκ γλαφυρῆς αἰεὶ νέον ἐρχομένων.

*Quemadmodum populi volant apertim ex cavo rupis*  
ἀπὸ

ἀντρο ποιοῦ ἐξαμίνε ἐξεμνίμην. Idem Iliad. δ. Πέτρης ἐκβαί-  
νοντο διδελγυμένον ἐν περδοκῇσιν. Ex rupis antro exeuntem exci-  
piens insidiis.

v. 590. Μᾶζα τ' ἀμυλαίη] Est polenta pastoritia, περιμυ-  
κῆ ut Athenæus explicat. Μᾶζα est polenta farina conspersa &  
subacta aqua & oleo. Hesych: Μᾶζα, ἀλφιτῶ πιφυρμένη ὕδατι καὶ  
ἐλαίῳ. Α μᾶζα perelegans vocabulum ὑπερμαζᾶν apud Simo-  
cattum ep. 77, & Alciphronem ep. 18 legitur. quod est e ni-  
mia alimentorum copia lascivire. id ipsum quod Belgæ eadem  
ratione pervenuste dicunt: broot-droncken zijn. Hesych. ὑπερ-  
μαζᾶ, ὑπερπευφαῖ. Nugatur Tzetzes, qui μᾶζαν dici putat qua-  
li τὸ μὲν ἄζαν. Μᾶζα est α μᾶτῃω, subigo. Est enim farina sub-  
acta aqua. hinc Latinis massa. Siculi ζ & σ invicem mutant.  
Pro πλάσσω dixerunt πλάζω, pro αἰνάσσω αἰάζω, ζάκνω θ  
Saguntus.

v. 591. Βόες ὑλοφάγῃ] Interpretes: bouis arborivora. Imo:  
bouis quæ pascitur frondibus. ex enim pabulum bouum. Hesych:  
βουὸς βοὸς τροφή, ὃ ἐδίδουσιν αἱ βόες. Phædrus:

*Hæc inter ipse dominus a cœna redit*

*Et quia corruptos viderat nuper boves*

*Accedit ad præsep: Cur frondis parum est?*

In eadem fabula: Frondem bubulcus affert. Ovid. III Metam.  
v. 730. Restricta est.

v. 595. Ἀντίον ἀκροῖ ἀνέμῳ] Revocavi lectionem vete-  
rem, quam servavit MS I & omnes Græci interpretes præter  
Tzetzen, qui hunc versum non exponit. Legunt autem omnes  
ἀκροῖ ζιφύρῳ. Homer. Ὀδυσ. β.

Τοῖσιν δ' ἐκ μῆρον ἔρον ἰδ' γλαυκῶπις Ἀθήνη

Ἀκροῇ ζιφύρον, κίλαδ' ἔ' ἐπὶ οἴνοπα πόρον.

Hic vero ferentem ventum immisit castis oculis Minerva Purum  
Zephyrum, resonantem per obscurum pontum. Sic exponunt Græci  
magistri ἀκροῇ purum, nullis aliis ventis permixtum. Alii ἡρέ-  
μῳ πνέοντῳ, leniter spirantem. quod non probo. Nam & Boreæ  
tribuit Homerus Ὀδυσ. ξ.

Ἐδδ' ἡρώτη δ' ἀναβάντας δ' ἐπὶ Κρήτης Ὀρείης

Ἐπ' ἰορδῷ Βορῇ ἀνέμῳ ἀκροῖ κελῶ.



*Septimo vero conscendentes a lata Creta navigavimus Boream vento puro bono. vide ibi Eustath. sed ad priorem locum Οἶδος. β. Scholiorum brevium auctor, qui pro Didymo venditatur: ἀκρῆ Ζέφυρον] ἐπιτάδειον ἀκρῶς, πνέοντα πρὸς τὴν χερίαν. ἥ τε πλεον ἥ τε ἱλατίον. ἢ τὸ μὴ κεκραμμένον Ζέφυρον. Ἀκρῆ Ζέφυρον, commodum, spirantem quantum opus est, neque nimis vehementer, neque nimis remisse. Aut non mixtum, sed purum Zephyrum. In MS II est ἀκρῆ Ζεφύρον, sicut & apud Homerum nonnullos legisse ἀκρῆ Ζέφυρον Eustathius & Scholiastes observant. Sed prætuli consensum libri antiqui cum interpretibus, ut & ἀκρῆ in Homero retineretur.*

v. 597. Τρεῖς δ' ὕδατα ἀρχαίον] Latine redditur imperitissime: *Tertiam aqua partem infunde, quartam vero misce vino.* Est ne qui intelligat? Hoc vero dicit Hesiodus: *Tres partes aqua prius infunde, quartam vero vini admisce.* Tribus partibus aquæ unam vini admiscendam esse præcipit.

v. 601. Ἐπεκράδρον βίον] Latini interpretes: *viçtum sufficiens*, cum sit *conditum, repositum*. Superius v. 407:

Χεῖματα δ' εἰς οἶκον πάντ' ἀεὶ μακρὰ ποιήσεται.

*Instrumenta vero omnia domi disposita para.* v. 627:

Ὅπλα δ' ἐπεκράδρα πάντα τὰ ἐν κλισίῳ θυμῷ.

*Armamenta vero disposita omnia domi repone.* v. 617:

Πλειὼν γὰρ καὶ χρόνος ἀεὶ μακρὸς εἴη.

*annus vero in opere sic recte dispositus sit.* Si hæc feceris, omnia gerentur suo tempore, totum annum recte dispensaveris in opere faciendo. vulgo inficere vertitur: *ita annus in opere rustico absolutus sit.*

v. 602. Ποιῆσαι ὅππῃ] est quærere, comparare sibi servum, ut alio loco ποιῆσαι γυναῖκα invenire uxorem. δὲ γένεον ποιεῖν. Demosth. *comparare argentum.* ποιῆσαι πέντε τάλαντα Matth. XXV, 16, quinquetalenta lucrari, facere. Nam & Latini sic loquuntur. Cic. I divinatur. *Etiâ Philosophum, si commodum ei esset, pecuniam facere posse.* Sic rem facere. Hic facere est κατὰ κράτος comparare, colligere. Florus lib. I, cap. 1: ubi aqua hæret viris doctis. *Ex variis elementis congregavit corpus, populumque Romanum ipse fecit.* Ipse collegit. ut apud Sallust. *exercitum argenteo facere.*

*facere*, est colligere, comparare. Nihil certius. Non spero futuros imposterum quibus hic locus mendi sit suspectus, quique fateantur se ignorare quid faciat hoc loco *fecit*. Posses quidem etiam exponere *populum Romanum ipse fecit*, hoc est genuit quasi *populum Romanum*, est parens populi Romani. Nam *facere* nonnunquam est *gignere*. Varro III de R. R., 22: *plerumque pullos similes sui faciunt*. Romulus dicitur etiam Romani populi sator. Ennius:

O Romule, Romule dic

Qualem te patria custodem di genuerunt.

Tu produxisti nos inde luminis auras

O pater! o genitor! o sanguinem diis oriundum.

sed verius est, quod prius dixi.

v. 605. Ἡμερόχρηστος] Latinis *dormitator*, Glossæ Vet. ἡμερόχρηστος *dormitator*, fur nocturnus. Plautus: *Ni illic homo est aut dormitator aut sector xonarius*. Huic opponitur *interdiarius*. Eadem glossæ: *Interdiarius ἡμεροκλήπις*.

## C A P U T XV.

Theocriti epigramma duobus distichis ineditis ex MS auctum. Idem emendatum. Hesiodi locus nove expositus. Idem bis restitutus, Μίτρος φιλάσας. Elegans epigramma in Anthologia emendatum & expositum, repudiata Magnorum virorum interpretatione. Nemesis homines pro meritis accipit. Infesta est superbis & ostentatoribus, & nimis felicitati. Επεικείς. Καίρις. Tempus.

v. 619. Εὐτ' ἀν' Πληϊάδεσσι δένει] Quam periculosi sint tum cursus maritimi insigni exemplo ostendit Theocritus in epigrammate in Cleonicum, qui circa occasum Pleiadum in mari periit. Hujus epigrammatis quatuor versus nunc primi edimus ex codice Palatino Veterrimo, quem Fridericus Sylburgius contulit cum Anthologia. In qua ut & in Theocriti editionibus prius solum distichon extat.

Ἀἴθρῳ πε, Ζωῆς ἀειφαίδο, μηδὲ παρ' ὥρῳ

Ναυτίλῳ ἴσθι, ὡς ἔ πόλυς ἀνδρῶν βίῳ.

Δηλαῖε Κλεόνικε σύ δ' εἰς λιπαρὴν Θάσον ἐλθεῖν

Ἢ εἰ γὰρ κρείττης ἔμπορος ἐκ Συρίης.

Εὐμπε-

Ἐμπόρῳ ᾧ Κλεόνικε, δύσιν δ' ὑπὸ Πλειάδῳ αὐτῷ

Ποσειδῶνα ναύτη Πλειάδι συγκατέβης. lege: ποσειδῶνῳ ναύτης. *Homo parce vita, neque tempore alieno Naviga, quia vita hominis est brevis. Miser Cleonice tu in optimam Thasum venire properasti mercator ex Coelestysia. Mercator Cleonice sub ipsum Pleiadis occasum Mare transiens nauta cum Pleiade simul occidisti.*

v. 643. Νῆ ἐλίγῳ αἰνεῖν] Tricantur Græci Magistri, qui contendunt αἰνεῖν εἰρωνικῶς esse χαίρειν ἑᾶν, quamvis iis adstipuletur Plutarchus libello de audiendis poëtis. qui, cum hunc locum produxisset, ait: τῷ μὲν γὰρ αἰνεῖν σημαίνεται τὸ ἐπαινεῖν. αὐτῷ δὲ ἐπαινεῖν ἀντὶ τοῦ παραιτεῖσθαι καὶ χεῖρηται, καὶ ὅτι περὶ τῇ συνηθείᾳ καλῶς φαρδὺ ἔχειν, καὶ χαίρειν καλῶς ἰδοῦν, ὅταν μὴ δεινὰ μηδὲ λαμβάνωμεν. ἔτω καὶ τὴν ἐπαινὴν Περιφόνειαν ἔνιοι φασὶν ὡς παραιτητὴν εἰρῆσθαι. Αἰνεῖν hic ἐπαινεῖν significat id est laudare. laudare autem pro recusare ponitur hoc loco. sicut usitatum nobis est dicere bene habet & valent, cum aliud volumus & non accipimus. Atque sic quidem aiunt Proserpinam vocari ἐπαινὴν quasi aspernandam. sed non erat ut alienam τῷ αἰνεῖν significationem hic affingerent. Dictum enim est ab Hesiodo eo sensu quo a Virgilio: *laudato ingentia rura, Exiguum colito.*

v. 647. Βύληαυ δὲ χεῖρα] MS I, & II, βύλιαυ. In secundo præterea ἀπεπία λιμῶν.

v. 655. Τὰ δὲ σεπτερεδμήα πολλα] Latini interpretes: *pradeliberata vero multa.* Inscite. σεπτερεδμήα sunt σεπτεκηνυμήα. per, præcones indicata, prædicta.

v. 657. Ὑμῶν νικῆσαντα φέρειν τρίποδ' ὠπώντα] Monet Proclus quosdam scribere: Ὑμῶν νικῆσαντ' ἐν Χαλκίδι Δεῖον Ὀμηρον. qui non sunt audiendi. Decisum enim jam est & constitutum ab iis, qui temporum rationes descripserunt, Hesiodum minorem esse Homero centum quasi annis, nec potuisse cum eo de palma certare.

v. 667. Εἰ μὴ δὲ πρέφρων] MS I, Εἰ δὴ μὴ πρέφρων. v. 668. τέλῳ est imperium, potestas, magistratus. Hinc οἱ ἐντίλῃ qui sunt cum imperio, magistratus.

v. 679. Ἡ μὲν δὲ τοπρωτον] Sic omnes editiones, quas vidi; cum

cum scribendum τὸ πρῶτον cum MSS. Hoc mendum & in aliis locis sæpe sustulimus.

v. 688. Ὅσ' ἀγροδύν] MS II, ὡς ἀγροδύν. Sic & in quodam libro se reperisse testatur Comelinus.

v. 691. Μετὰ κύμασι πῆματι κύρσμι] MS I, πῆμασι. non inuenta paranomasia, ut παθήματα μαθήματα, & infinita talia. Versu sequente scribe: Δεῖνον γ' εἶκ' ἐφ' ἄμφοσαν cum libro primo & Græcis interpretibus omnibus.

v. 694. Μέτρα φυλάσσειας] Non video cur viri doctissimi μέτρα hic velint exponi tempus. Quis μέτρα accepit pro καίρας. Μέτρα φυλάσσειας est modum tenere. Luciano μέτρον ἔπειας. Epigramma de Nemese in Antholog:

Ἡ Νέμεσις πῆχυν κατέχει. πῶς εἴη; λίξις.

Πᾶσιν ἀπαλλάξω μηδὲν ὥστε τὸ μέτρον.

*Nemesis cubitum teneo? quamobrem? quareis. Omnibus precipio: nequid supra modum.* Extat de eadem Dea in iisdem Floridis Græcorum poetarum aliud epigramma ejusdem argumenti, sed turpissima macula foedatum, quam mirum tot viros doctos, qui in illo vertendo elaborarunt, non animadvertisse.

Ἐλπίδα καὶ Νέμεσιν Εὐνὸς ὡρᾶ βωμὸν ἑτάωξα

Τὼ μὲν ἐλπίδος, τὼ δὲ ἵνα μηδὲν ἔχουν.

Vertit magnus Politianus:

*Spem simul & Nemesein posita dicat Eunus in ara,*

*Scilicet ut speres omnia, nil habeas.*

Sic & Henricus Stephanus, & plurimi alii. Rem prorsus admirabilem Eunum Spem & Nemesein in eadem ara consecrasse, ut sperare quidem liceret, sed nunquam potiri! Ad illam aram mortuos arbitror fecisse, quibus omnis vitæ rerumque jucundarum spes deliquit, non miseros, quos bona illa Dea fovet, & melius cras fore semper ait. Deinde quis unquam audivit Nemesein tam crudelem esse, quæ omnium desideriis intercedat, neminemque votorum compotem fieri sinat? Quin contra Nemesis credebatur esse Dea, quæ omnes pro meritis accipiebat, ab improbis & insolentibus exigebat supplicia, bonos & modestos augebat præmiis, sic dicta δὲ τὰ πρὸς τὸν νότον ἐκείνη, quod suum cuique tribuant. Artemidorus lib. II Οὐροκαλκ. Νέ-

μεις αἰεὶ τοῖς καὶ νόμον ζῶσιν ἀγαθῇ, καὶ μετέλοις ἀνθρώποις, καὶ φιλολόγοις. τοῖς δὲ ἀφροσύνοις, καὶ τοῖς ἐπιτεταμένοις ποσὶ, καὶ τοῖς μεγάλων δόξασι ποσὶ πρὸς ἀνθρώπων ἐναντία καὶ δίσταται, καὶ ἐμπόδιον ἔστι ἐπιχειρημάτων. *Nemesis semper propitia est viventibus secundum legem, & moderatis hominibus, & philologis. At vero contra leges delinquentibus, & his qui aliquibus insidias struunt, & magnas res moliantur, adversatur, eorumque conatus impedit.* Amm. Marcell. lib. XIV: *Hac & huiusmodi innumerabilia ultrix facinorum impiorum, bonorumque praeiatrix aliquoties operatur Adrastia, atque utinam semper, quam vocabulo duplici etiam Nemesein appellamus.* propterea & paulo post addit veteres Theologos finxisse Nemesein esse Iustitiae filiam. Vides ergo solum acumen & venustatem huic epigrammati detraxisse descriptores aut corruptorem; sed & ipsum sanum sensum. Omnia restitues, si mecum scribes ut poetam scripsisse plane decrevi & pro compertissimo habeo:

Ἐλπίδα καὶ Νέμεσιν Εὐνὺς ὡς βωμὸν ἔταξα

Τὴν μὲν ἵνα ἐλπίζης, τὴν δὲ ἵνα μηδὲν ἄγῃ.

*Spem simul & Nemesein Eunus in eadem ara posuit, Illam quidem ut speres, hanc ut ne quid nimis.* Eunus Nemesein & Spem in eadem ara dedicarat, ne improbas spes concipiamus, & immodica desideremus, ut simus ἐπιεικεῖς, neque ultra sortem nostram efferamur. Sic enim dicebantur qui sic se comparabant, ut semper in omni vitae ratione tenerent illud μηδὲν ἄγαν. Galenus III in πορρήζικόν Hippocratis: Ἀνθρώπον ἐπιεικῆ καὶ ἁμύνει μέτερον, ὃ μηδὲν ἄγαν προσέτινα καὶ τὸ βίον. *Hominem ἐπιεικῆ vocamus modestum, cui ne quid nimis in omni vita cura est.* Has esse praecipuas Nemeseos partes, praeter id quod superius attulimus, aliud ejusdem sententiae epigramma antiquum testatur:

Ἡ Νέμεσις ὡς λίγη τὴν πᾶσι τὴν τε χαλινὰ

Μὴτ' ἀμείρον τι ποιεῖν, μὴτ' ἀχαλινὰ λέγειν.

*Nemesis monet hoc cubito & hoc freno ne immoderate quid agas, nec effrenate loquaris.* Ἀχαλινὰ λέγειν, ut apud Euripid. ἀχαλινὸν σίμω. Tacito, *procax lingua.* Tumidis vero, vanis ostentatoribus, & improba spe magna affectantibus Nemesis est infestissima. Claud.

*Sed Dea qua nimis obstat Rhamnusia votis*

*Ingemuit flexitque rotam.*

Lucanus: *Et sumidis infesta colit qua numina Rhamnus.*

Ovidius ad superbum & suam felicitatem jactantem:

*Non metuis dubia fortuna stantis in orbe*

*Numen, & exosa verba superba Dea.*

Nec ista Diva valde magna patiebatur esse diuturna. Inde & si quid excellens peribat, assignabatur Nemese. Statius I I Sylvarum mortem formosissimi pueri adscribit Nemese, quia nimiam ejus pulchritudinem ferre non potuerit:

*Nectere tentabat juvenum pulcherrimus ille*

*Cum tribus Eleis unam trieterida lustris:*

*Attendit torvo tristis Rhamnusia vultu,*

*Ac primum implevitque toros, oculisque nitorem*

*Addidit, & solito sublimius ora levavit.*

*Heu misero letale favens, seseque videndo*

*Torsit, & Invidiam Mortemque amplexa jacenti*

*Injecit nexus, carpsitque immitis adunca*

*Ora verenda manu.*

vide & Epicedium in Glauciam. Hoc caput ex Animadversio-  
num Variarum libellis libuit hic interferere. Redeamus nunc  
ex diverticulo in viam & ad Hesiodum. Μέγας hic nihil aliud  
esse quam modum non tempus, ut viri Græce doctissimi nota-  
runt, etiam ex præcedentibus apparet. Præcipit enim poeta,  
ut modum servemus in omnibus rebus, neque nimium creda-  
mus navibus, neque nimium onus imponamus curribus; utque  
singula agamus suo tempore, neque hyeme, neque vere mare  
tentemus, sed æstate, quod ille tempus navigandi optimum  
ducit. Hinc & statim sequitur præceptum de legitimo tempo-  
re uxorem ducendi. Καρπός est tempus justum, oportuna. ut  
etiam apud Latinos. Terent. *In tempore venire quod rerum o-  
mnium est primum.* Apud eundem: *per tempus advenis.* Dona-  
tus: *oportune.*

v. 696. Μῆτι τεληγόντω ἰπῶν] In MS I I pro varia lectio-  
ne notatum erat: τεληγόντα, quam lectionem Tzetzes probat  
invitis Musis.

v. 698. Τέτορε' ἡβῶν] MS II, ἡβῶσι. Proclus, Tzezes, Moschopolus, Pollux, docent omnes hic omissum esse δίκῃ, & Poëtæ sententiam esse, puellam quatuordecim annorum esse nubilem. Sed & hic Latini interpretes maluerunt errare, quam eruditorum magistrorum sententiæ subscribere.

v. 702. Οὐ μὲν γάρ π] MS I, εὐδὲν γάρ π.

## CAPUT XVI.

Hesiodus emendatus. Γῆρας ὄνει. Γλώσσης χάριν. Gellius ex conjectura emendatur. Κατὰ μέτρον ἔκαστα. Hesiodus interpunctione restitutus. Noctes cur dicantur esse deorum. Noctu in terris versari deos veterum opinio. Quintilianus in declamationibus emendatus. Αὐλῆ. Ἀγῶνιστοι ποιήματα. Concubitum polluere veteres credebant. Τάφῃ coena funebris. Χυδῖ ποδὶς. Ἀνδροκλῆς. Hesychius emendatus. Λάσσανα. Mos veterum in novis vasis lustrandis. Imbuere. Ἀκίνητα. Multi & graves aliquot interpretum lapsus.

v. 705. Ω' Μὲν γῆρας δῶκεν] In secundo MSCto alia manus: αὐμὲν γῆρας ἔθηκεν. Et sic Stobæus legit cum Proclo & Tzeze. Ille enim exponit: τὸ αὐμὲν τὸ γῆρας τῷ ἀνδρὶ πθείσας. Hic: καὶ παρ' ἡλικίαν πθείσης γῆρας καὶ ἀφ' ἡλικίας. in crudam senectutem ponit, facit ut ante tempus senescat. γῆρας ἔθηκε per ellipsin pro ἐν γῆρας ἔθηκε, hoc est πῆσαι εἴθε. Vulgata lectio non potest ferri.

v. 709. Γλώσσης χάριν] est quod aliter dicitur νόμου χάριν, *dicis gratia*. Glossæ Latino-Græcæ: *dicis causa νόμου χάριν*. *Dicis gratia νόμου χάριν* ὡς τῷ Γάϊῳ τῷ νομικῷ. Interpretes sine sensu: *lingua gratia*. Sequentia lege ex MS I:

οἱ δὲ καὶ ἀρχῇ

ἢ π' ἐπ' αὐτὸν. Vertunt perperam:

*Si autem coeperis aut verbum aliquod locutus infestum, aut facias.* vide quæ notavimus ad vers. 294.

v. 710. ἢ γῆτ' ἐς φιλότιμον] MSS ambo. ἢ γῆτ'. v. 714. Σὲ δὲ μὴ π' νόμῳ κατεπείχεται εἶδ'. σὲ νόμῳ, pro σὺ νόμῳ. quæ ἀντιπλοῦς Homero familiaris. quod non monerem nisi tantillæ rei ignorancem fraudi fuisse interpretibus, ut ineptissime hunc versum redderent, deprehendissem.

v. 716. Νεικεσῆρα] Uterque codex: νεικητῆρα. Secundus pro ἵππερον ἱππῶων.

v. 719. Γλώσσης τοι θησοῦρδς [ Hunc locum Latine fecit Gellius lib. I Noct. Att. 15: *Hesiodus poetarum prudentissimus linguam non vulgandam, sed recondendam esse dicit, perinde ut thesaurum; ejusque esse in promendo gratiam plurimam, si modesta, & parca, & modulata sit.* Sed aut Gellius non intellexit quid sit καὶ μέτρον ἵστα, quod non est modulata, sed modum tenens, quæ coercet & reprimat effrenem loquacitatem, ἀχαλίνας λόγους, inanem futilitatem, quæ μέτρον φυλάσσει in loquendo: aut forsitan scripsit: & parca & moderata sit.

v. 721. Εἰ ᾗ καὶ εἴπῃς] Affert hic Proclus similem Alcæi sententiam: εἰς ἅποις τὰ θεοὶς, ἀκούσῃς τὰ κ' ἔθελῃς. quam quali de verbo ad verbum Latine expressit Terentius: *si mihi pergit quæ vult dicere: ea quæ non vult audiet.*

v. 722. Μηδὲ πολυέειναι δαυτὸς δυωέμεφελος εἶναι ἐν κρηνῇ] Hujus loci hic est sensus: *Ne in convivio quod multi instruunt amici sis morosus de symbolis.* Δαὺς πολυέεινος ἐν κρηνῇ est convivium quod de symbolis instruitur a multis amicis. Talia convivia dicebantur ἔργνοι. Hesych. ἔργνον ᾧ πολλῶν ὁμογῆα. Terentio de symbolis esse. Convivæ ἔργνισαί, σύσσιζι. sed hæc obvia sunt & a viris doctis pridem observata.

v. 726. Οὐ γὰρ τίνα κλύουσιν] MS. ἔ γὰρ δ' οἶρα.

v. 727. Ὁ γὰρ δὲ οὐμίχεν] MS I. ὁ γὰρ δὲ. male. Veteres qui vestibus longis utebantur, exoneraturi vesicam non erecti stabant, sed procumbebant in terram, ut pedes vestibus tegerentur. Hinc pedes tegere sacris scriptoribus est veneris aut vesicæ excrementa ejicere. Græcis καθίλεσθαι ἰδοῦναι. Ad idem vestitus genus pertinet istud præceptum, quo statim Hesiodus vetat nudari αἰδῶναι meientium.

v. 728. Αὐτὰρ ἐπεὶ κείνη δύνῃ] Uterque codex: Αὐτὰρ ἐπεὶ καὶ δύνῃ. Primus postea: μεμενημένῃ ἔς' ἀνίστη. post ἀνίστη delenda distinctio. Sic autem vertendi sunt hic & sequens versus. *Sed etiam postquam occidit, memor ejus rei, adversus orientem, neque in via, neque inter eundem extra viam meas.* In vulgata versione nihil sani.



v. 730. *Μακάρων τοι νύκτες ἴμασιν*] MS I ἴμασιν. Quæ hic Moschopolus & alii tradunt de sententia Hesiodi, cur noctes dicat esse deorum, non sunt nauci. Nemo poëtam interpreta-  
 turus tam hospes esse debebat in lectione poëtarum, ut ignora-  
 ret illorum sententiam fuisse, noctu deos versari in terra & hoc  
 orbe nostro inter homines, interdium sedes superas colere. Stat. I.  
 Sylv. I.

*Huc sub nocte silenti*

*Cum superis terrena placent, ima turba relicto  
 Labetur cælo.*

Quintil. declamat. X: *Quotiescunque domus fuerat grato sopo-  
 re prostrata, aderat ille, quales humanis se offerunt oculis pro-  
 pitii dii, quale latissimum numen est cum se patitur videre. Sicut  
 omnis religio templorum, omnis religio lucorum, cum tacuere mor-  
 talia, & profani procul, errare sedibus totis, solitudine frui, & de  
 suis dicitur exire simulacris: ita juvenis meus noctibus totis age-  
 bat filiam, & paterna domo ac penatibus suis fruebatur placidus  
 & misis, & matri propitius, ut numen & deus delabi syderibus,  
 & venire de liquido puroque aëre videbatur. Sic legendus hic  
 locus, & distinguendus. vulgo male habet. Hinc pleræque ἐπι-  
 φαίνειαι non solum apud gentiles, sed etiam in sacris libris noctu  
 dicuntur factæ.*

v. 732. *Εὐερέϊ & αὐλῆς*] *Αὐλὴ* non est atrium, ut interpre-  
 tes existimant; sed caula. uti fere semper antiquissimis scripto-  
 ribus *αὐλαί* sunt mansiones *ὑπαίθραι*, in quibus oves, capræ &  
 alia animalia minora stabulabantur. Pollux lib. I, ἔμ' οἱ βόες  
*ἵστανται βύστωμα, βυαῦλια, βυσπίσεις. ἔ' οἱ οἷς κ' αἶγες, αὐλὴ κ'  
 σηκός.* Apollon. Argon. I, 575, & I 173, ac sæpe apud Home-  
 rum. quoniam vero sub dio erant. inde *αὐλίζειν* & *ἀγρευαλεῖν*  
 est sub dio agere. In Theog. v. 26. *παιμῶντες ἀγρευαλοὶ*, sunt pa-  
 stores *sub dio agentes*, non, ut interpretes, *in agris pernoctantes*.  
 quem errorem quoque B. Lucæ interpretes errarunt, in capite  
 secundo; sed quem dudum castigavit H. Casaubonus.

v. 733. *Μηδ' αἰδῶϊα γονῇ πιπλεγυῖ*] Immerito Proclus  
 hic Hesiodum exagitat, quasi in nimis exilibus tradendis versetur,  
 & de rebus levibus præcepta præscribat, dum verba in  
 pro-

propria notione accipit. Sed Hesiodi verba sunt *μυστικώτερον*. Hoc autem vult a concubitu etiam legitimo non rem sacram esse faciendam, ne domi quidem, nedum in publico, nisi ante lauto & lustrato corpore. Tibullus:

*discedat ab aris*

*Cui tulit hesternæ gaudia nocte Venus.*

Hinc solebant se purificare. Suet. Aug. 94 de Attia Augusti matre, quæ cum dracone in templo visa sibi est volutari: *expurgata quasi ex concubitu mariti sese purificavit*. Quin & alia negotia suscipere non licebat iis qui propter dormierant nisi antea essent lustrati. Columell. X I I, 4 de pistoribus, cocis, cellariis: *His omnibus placuit eum qui rerum harum officium susceperit, castum esse continentemque oportere, quoniam totum in eo sit, ne contrectarentur pocula, vel cibi, nisi aut ab impube, aut certe abstinentissimo rebus Veneris: quibus si fuerit operatus vel vir vel foemina debere eos flumine aut perenni aqua priusquam penora contingant ablui. propter quod his necessarium est pueri vel virginis ministerium, per quos promantur, qua usus postulat*. Nec Christianis olim licebat statim sacris operari, si cum uxoribus consueverant. Gregorius M. respons. ad Quæst. X Aug. Episcop. Ang. *Vir cum propria conjuge dormiens intrare ecclesiam non debet, sed neque lotus intrare statim debet*. Paulo post: *Et quamvis de hac re diversa hominum nationes diversa sentiant atque custodire videantur, Romanorum tamen semper ab antiquioribus usus fuit post admixtionem propriæ conjugis & lavacri purificationem ab ingressu ecclesiæ paulatim reverenter abstinere*. Sed quanto rectius sapiens illa foemina, cum consulere-  
tur, quando post concubitum liceret mysteriis interesse, respondit; si cum tua uxore rem habuisti, statim, si cum aliena nunquam.

v. 735. Μηδ' ἀπὲρ δυσφήμιον πύφει] Τάφῳ hic non est bustum, sepulchrum, ut rursus male interpretes, sed *ἀειδαίμων*, silicernium, cœna funebris, quæ opponitur *δαίμῳ θανάτῳ*, hoc est convivio quod celebratur die festo, aut post sollemne sacrificium. Nullum enim sacrificium sine epulis. Hesych.

Τάφῳ τὸ μυστικόν ἀειδαίμων ἐπὶ τῇ τῶν κερτυχιδῶν τιμῇ.

Τάφος est convivium quod celebratur in mortuorum honorem.  
Homer. Iliad. ψ. v. 29.

Αὐτὰρ ὁ τοῖσι τάφῳ μῦθοις ἐκείνῳ δαίνυ.

sed ille his funebres epulas lautas instruxit. Ab hac ferali cœna redeuntēs vetat poëta liberis operam dare mali ominis causa, quia, ut ρηγο, vana superstitione capti credebant minime vitales futuros, qui ex hac μίξῃ procrearentur. Hinc vocat δυσφάγους, & quia Græci & Romani statuebant omnia feralia polluere propterea purgabantur ab exequiis redeuntēs. Festus: *Funus profecti redeuntēs ignem supergrediebantur aqua adaspersi: quod purgationis genus vocabant suffitionem.*

v. 748. Ἀπὸ χυλροπόδων ἀνεπὶ ῥέκλῳ] Ab ollis pondum dedicatis. Sic verte. Χυλροπόδες enim hic χύτρας, ut Proclus aliique monent. Alioqui sunt ἐχαράς ἢ μαγείρων, foculi sive sint fixi, sive mobiles, qui carbonibus implebantur & quibus imponebantur ollæ, quæ & λάσανα dicuntur & ἀνθράκια. Hesych. Ἀνθράκιοι τὸ μικρὸν τελεπόδιον, καὶ λίθος ἥμιον ὃ ἐν θακυλίῳ, καὶ χυλροπόδιον, καὶ πῦσα μικρὰ καμίνον. Sic scribendus hic locus, sine sensu vulgo legitur & laudatur a viris Græce doctissimis χυλροπόλιον. Pollux X, 24: Χυλροπόδες ἔστι μὲν καὶ λάσανα κεκλημένοι δὲ εἶναι, ὡς Διοκλῆς ἐν Μελίσσιαις. Ἀπὸ λασσίων θερμὴν ἀφαίρειν. Ἐν δὲ τῷ πρῶτῳ ἢ ἰππῶνακι ἰάμεθον εἴρηται χυλροπόδιον. ὥστε καὶ παρ' Ἡσιόδου.

Μὴ δ' ἀπὸ χυλροπόδων ἀνεπὶ ῥέκλῳ ἀνελόντα.

Ἀλλὰ τῷτο μὲν ἑπὶ πηδηλοῖ. ὅταν δὲ Δίφιλον ἐν ἐπικλήρῳ λέγῃ, χύτρας μίξαντες ἢ μαγείρας. δηλονότι τὴν χύτραν λέγει, ἀλλ' ἢ τὸ χυλροπόδα. Paucis interjectis: χυλροπόδα καὶ περὶ καὶ ἀνθράκιοι ἔπης, Ἀλέξιδ' εἰπὼν ἐν Λημνίᾳ. Καὶ μὲν παρὼ μὲν ἀνθράκιοι ἐν μέσῳ σείωνται κυάμεν μετὰς. Καὶ ὅς ὁ σείων ἀγγεῖοι ὡς κυάμες, ἢ ἄλλο τι τοιοῦτον ἐνέφρυνον. Καὶ μὲν ἐχάραται εἴποις ἀπὸ τῶ ἀνθράκιοι τῷτο καὶ ἐχάρατον. Ἀριστοφάνης ἐν παγλῶσις εἰπὼν τὸ ἐχάρατα. ὃ δὲ Στρεψιάδης ἐν Ψυχασαῖς. Πῶς ἀνὴρ μοῖσαις μετὰ θυμολῶπων μετὰ ἐχάραται. Apposui pluscula verba, quia ex illis discimus quid fuerit χυλροπόδες, λάσανα, ἀνθράκιοι, quod video ignorari. plerique enim putant esse strullam, ut P. Septimius Florens, vir elegantissimus, in Aristophanis εἰρήνῃ, qui hos versus

ἐν τῷ θνατῷ

Πρὸς τὸ πολέμῳ τὰ λάσσανα τῇ βυλῇ ποτ' ὤ, sic interpretatur :  
*ante bellum hic scilicet*

*Trulla steterit in gratiam senatus.*

Cum non sint trullæ, sed foci ad quos carnes coquebantur senatui post sacrificia. vide ibi antiqua scholia. *χυλρόποδες* autem sunt ipsæ *χύτρας σπειροδοχαῖς*, ut *templa lapidata* apud Sueton. Calig. 6, non sunt grandine icta, ut exponit vir plurimæ lectionis C. Barthius in Adversariis, sed dii lapidibus impetiti. Veteres autem nullis vasis solebant ante uti ad cibum potumque capiendum, nisi ante lustrata essent libatione ex iis diis facta. Proclus ad hunc locum *ἀπὸ χύτρας μὴ πρῶτον φάνης πρὶν ποίσης ἐξ αὐτῶν τοῖς θεοῖς*. Ex ollis non ante cibum capias, quam ex iis diis libaveris. Sic patinam dedicat Vitellius apud Suetonium: *Hanc quoque (cœnam) superavit ipse dedicatione patina, quam ob immensam magnitudinem clypeum Minerva Αἰχίδα πολὺν χρόνον διατίθεται*. Hoc Latinis proprie est imbuiere, quia tum vasa illa imbuebant vino quod diis libabant. inde postea *imbuiere* de omnibus rebus, quæ primo usui nostro accommodantur. Catullus de Argo navo: *Illam eadem cursu prima imbuit Amphitriten*. etiam de ipsius hominibus dicitur: Florus I I, 3: *Cottidiani & domestici hostes tyrocinia militum imbuebant*. Tacit. I ann. 36. *Imbutasque prada manus in dirptionem Galliarum erupturas*. Id. I I I Hist. 15: *Ut civilis prada miles imbueretur*.

v. 750. Μὰ δ' ἐπ' αἰνιήτοισι καθεζέιν] Recte αἰνιήτα veteres exposuerunt *πίφες*. In bustis enim stare, sedere, imo busta videre habebatur pro diro & infausto omine. quam superstitionem gentilium deridet Theodoretus sermone V I I *Περὶ πῶς καὶ πῶς. Μῦθος ὑπολαμβάνει τὸ πλάζεν τοῖς πύφεις. Νόσας habetis accedere ad sepulchra*. De his multa viri doctissimi notarunt ad Theophrasti characteres.

## CAPUT XVII.

Vulgatus index Ημέραι expunctus. Fauſti dies & infausti, ſicut & horæ in faſtis notatz. Commoda ſydera. A Jove omnes dies. Heſiodus emendatus ter. Πιπυρασμή. Antiqua lectio poetæ vindicata. Τετρασμήν ημερ. Quaternarii numeri ſanctitas. Φύστες αἶελα, Παραίολ. Nicomachus Gargaleus & Anonymus antiquus ſcriptor correctus & explicatus. Heſiodo lux. Orcus, Ορμος ſepulchrum, Menandro medicina. Orcus perjurii vindex. Virgilius deſenſus. Heſiodus denuo correctus. Μεταδραποι.

Η ΣΙΟΔΟΥ ΤΟΥ ΑΣΚΡΑΙΟΥ ΗΜΕΡΑΙ] Nec hic index in Voſſii codicibus, nec in Gudii Proclo eſt. quin nec ullum diſtinctionis veſtigium apparet. In nonnullis tamen libris recentioribus titulum iſtum extare viri docti monuerunt, in veteribus vero non conſpici, a quorum auctori-  
tate nobis diſcedere religio eſt.

v. 765. Ημεῖς δ' ἐν Διόδῳ] Veteres, ut etiam nunc ſuperſtitioſi homines, alios dies fauſtos, alios infauſtos ac inauſpicatos ad aliquod opus inchoandum ducebant, quos vocabant ἀποφράδας, ἀπαισίους Latini *Ægyptios*, *ominales*, *religioſos*, *incommodos* (ſicut contra ea *commoda ſydera* ſunt fauſta. Propert. II, el. 26: *Quaritis & cælo Phœnicum inventa ſereno Quæ ſit ſtella homini commoda, quæque mala.* eodem modo Græcis ημεῖς ἐπιτήδαιοι, & ἀνεπιτήδαιοι) qui in veterum faſtis erant notati ut ſemper cognosci poſſint ab aliquid aggreſſuris, felix ne eſſet ille dies, nec ne. Petronius narrat in triclinio Trimalcionis duas tabulas fuiſſe in utroque poſte defixas, quarum altera *luna curſum*, *ſtellarumque ſeptem imagines pictas*, (ſc. habebat) & *qui dies boni*, *quique incommodi eſſent*, *diſtinguente bulla notabantur*. Non vero dies tantum ſed & horæ aliz fauſtæ habebantur, aliz infauſtæ. quod & Proclus obſervavit addens diis dicatam eſſe meridiem, heroibus vero tempus pomeridianum, ideoque eſſe inauſpicatum: auſpicatiſſimum vero matutinum & vespertinum. Hinc ſuperſtitioſi nihil auſpicabantur, nulli ſe accingebant operi, niſi inſpectis ephemeridibus, ex quibus capiebatur dies & hora fauſta. Juven. Sat. VI, v. 576:

Ad

*Ad primum lapidem vectari cum placet, hora*

*Sumitur ex libro: si prurit frictus ocelli*

*Angulus, inspecta genesi collyria poscit. &c.*

Hæc superstitio primum ab Ægyptiis profecta, undedies Ægyptiaci dicuntur. Augustinus in epistolam ad Galatas: *Tam vero ne aliquid inchoetur aut adificiorum, aut ejusmodi quorumlibet operum diebus, quos Ægyptiacos vocant, sepe etiam nos monere non dubitant.* Damnati sunt a Conciliis & patribus primæ ecclesiæ. Merito. Nec tamen nostrorum factorum auctores ab hac ridicula gentilium opinione possunt deduci. Tam difficulter inveteratæ opiniones & errores eradicantur. Hesiodus autem felicitatis dierum & infelicitatis causas tribuit Jovi.

*Ἡμεῖς δ' ἐκ Διὸς πεφυλαγμένοι οἱ καὶ μεῖζον.*

*Dies vero ex Jove observans ut decet. Et paulo post:*

*Αἱ δὲ γὰρ ἡμέραι εἰσι Διὸς τοῦτο μέλει.*

*Dies enim sunt a Jove sapiente. Ubi male interpretes: ha enim dies. Omnes dies sunt a Jove. Noster iterum:*

*Ὅσας γὰρ νύκτες τε καὶ ἡμέραι ἐκ Διὸς εἰσι.*

*Quotquot noctes ac dies a Jove sunt. Ut mirer doctos viros hic tricarī. Superius in ἐργαῖς v. 563:*

*Εὖτ' αἶν δὲ ἐξέκηται μετ' τροπῆς ἡλείοιο*

*Χεῖμερ' ἐκτελέσῃ Ζεὺς ἡμεῖς.*

*Cum autem sexaginta post brumam bybernos dies Jupiter exegerit. Homerus:*

*Τοῖς γὰρ νῦν ἐστὶν ἐπιχθονίων ἀνθρώπων*

*Οἷον ἐπ' ἡμερ' ἄγνοι πατρὸς ἀνδρῶν τε θεῶν τε.*

*Talis est hominum terrestrium mens*

*Qualem diem inducis pater deorum & hominum.*

Sic enim antiquissimos accepisse hos versus testantur Eustathius & Sextus Empiricus lib. V. adversus Mathematicos, qui Chaldaeorum opiniones explodit. Vide & viri præstantissimi & magnæ eruditionis Merici Casauboni, magni parentis dignissimi filii dissertationem de hoc Homeri loco, æternum monumentum amicitiae, quæ inter nos intercedit.

v. 781. Σπίρμεναι ἄρξαι] MS I ἀνέμεναι δάσκει, quod

& in secundo habetur pro varia lectione. Metri causa legendum δάσκαλς. sed vulgatam non damno.

v. 783. Κέρη δ' ἔσ' σύμφορός ἐστι] MS I, ἀσύμφορς.

v. 785. Κέρη τε θυόαλς] Nullus dubito quin omnes probaturi sint MS I lectionem: κέρησι θυόαλς. Sic quoque legendum versu 794 κέρησι δ' ἐπὶ τελεῖς. Vulgo inepte: κέρη δ' ἐπὶ τελεῖς. In recentissimis editionibus cum jactura metri, κέρη ὅ τελεῖς.

v. 793. Ἰσθρα φῶτε Γίναλς. μέγα γάρ τε ἴσον πεπυκισμένον ἐστίν] MS I, γείνασθαι. MS II, μέγα. Sic & Palatinos codices legisse testatur Comelinus, quibus adstipulantur editiones Basileenses Itingrini & Oporini, quas sequor. Ibidem male nonnulli scribunt πεπνυμένον. πεπυκισμένον enim Græcis dicitur homo prudens, & versutus eadem ratione qua Latinis *callidus*, cujus scilicet animus ita rerum usu occalluit, ut falli facile non possit. Phædro *retorridi* dicuntur. Hoc vero sine præclaris ingenii dotibus consequi nemo potest et si a primis annis in luce fori & hominum fuerit versatus.

v. 797. Πιφύλαξο ὅ θυμὸν τελεῖδ' ἀλδ' αἰαλς] Hos tres versus ineptissime & imperitissime verterunt interpretes: *cautus vero esto animo ut quartum vites desinentis & inchoati mensis, doloribus conficiendo animo valde hac accommodata est dies*. Nihil potest fingi imperitius, nihil insulsius. Miror viros eruditissimos, qui hunc poetam ediderunt, istam inscitiam non castigasse. Hesiodi vero hæc mens est: *Teneto vero memoria quarto die ut vites finientis & inchoantis mensis doloribus conficere animum; valde hac sacra est*. Vides sententiam poetæ recta adversari interpretum Latinorum versioni. *πιφύλαξο θυμὸν*, ut superius: *ὅ θυμὸν δ' αἰ πάντε φυλάσσο*, *animo autem studioso omnia custodi*. *Τεπυκισμένον ἡμερ* est *ἴσον*, ut apud Gregor. *πλεῖν ἰορτῶ* est festum celebrare. *ιορτὴ ἐπὶ Χρυστῶ τελεμένη*, festus dies Christo dicatus, qui celebratur in honorem Christi. Quis ignorat *τελεπὴς*? Quarta vero finientis mensis est quarta & vicesima mensis dies; quarta vero inchoantis est quarta a kalendis. Apud Græcos enim in quolibet mense quatuor erant quartæ dies, *τεπύρη ἰσημέρι*, *τεπύρη μεσσηνί*, *τεπύρη*

πρώτη φθινόω. Prima quarta, πρώτη ἱεμίνα, est quarta a kalendis : secunda quarta πρώτη μισήω est quarta post decimam : tertia quarta πρώτη φθινόω est quarta post vicesimam. Sic etiam sunt trestertia, quinta, sexta, septima, octava, nona in singulo mense. Paulo ante μέσης τετραώω media quarta meminit, quæ est quarta decima, πρώτη μισήω. versu 812 & sequentibus tres nona, εἰάδες commemorantur. Et hæc satis obvia, quæ non notassem nisi viderem esse qui nesciant qui per τετράδα φθινόω καὶ ἱεμίνα μῶω dies sint intelligendi. Cæterum numerus quaternarius quam sanctus fuerit antiquis, præcipue Pythagoreis, & quam vim ei tribuerint neminem paulo humaniorem fugit. Inter varia cognomina dictus etiam fuit φύσις Αἰόω. Nicomachus Gergasenus in Ἀριθμητικῶν θεολογμένων libris : Ἡ δὲ τετράς παλιν αὐτοῖς γὰρ μὲν μέγιστον, ἄλλη θεός, &c. ἔστι γὰρ αὐτοῖς τῶν τε φυσικῶν ἀποτελεσμάτων πηγὴ καὶ κλειδῶω τῆς φύσεως, &c. ἀλλὰ καὶ αὐτὴ φύσις καὶ Αἰόω. Vertit A. Schorzius : Quaternarius item magno ipsis est miraculo, novus Deus &c. Fons ipsis est naturalium effectuum, atque natura claviger, &c. Imo natura ipsa est ὡς varietas. Sed num Αἰόω est varietas ? Meursius in denario Pythagorico legit : Αἰόω φύσις ex Anonymo in Theolog. Arithmeticis : Αἰόω φύσιν κατωμόωζον τῷ τετράδα τὸ ποικίλον ἐμφαίνοντες τῆς οικειότητος καὶ ὅτι ὅτε αὐτὴ ταύτης ἡ καθελοικὴ ἀφαιρέσεις. διὸ καὶ κλειδῶω πῖνα ὃ φύσεως αὐτῷ πανταχῶ ἐπωμόωζον. Æoli naturam appellabant quaternarium, varietatem proprietatis indicantes : ὡς quod absque eo non sit universalis constitutio, unde etiam clavigerum natura quendam ipsum undique cognominabant. Sed quid est Æoli natura ? Æolus Vulcaniarum insularum Rex fuisse traditur, & cœlestium motuum peritus, ideoque ventorum dominus. Quid vero ille ad naturam rerum omnium parentem ? Recte se habet lectio Nicomachi, nisi quod copula sit exterenda, legendumque : ἀλλὰ καὶ αὐτὴ φύσις αἰόω. Dorica Dialecto, qua utebantur Pythagorei & omnes magnæ Græciæ incolæ pro αἰόω. Sic vice versa emendandus Anonymus ex Nicomacho, non contra. Αἰόω, & Παναἰόω sunt φύσεως



φύσας propria epitheta. Ratio nemini potest esse obscura. Nummus antiquus æreus Aristotelis qui penes me est, ab una parte expressum habet Aristotelem cum inscriptione: ΑΡΙΣΤΟΤΕΛΗΣ ΤΟΥ ΝΙΚΟΜΑΧΟΥ: In altera Naturam, cum



hac inscriptione: ΦΥΣΙΣ ΠΑΝΑΙΟΛΟΣ. Et inscriptio antiqua apud Gruterum:

ΦΥΣΙΣ ΠΑΝΑΙΟΛΟΣ  
ΠΑΝΤ. ΜΗΤ.

v. 804. Ὀρχον πνυμδρως] Interpp. *Perjuriū vindicantes*. Quis audivit Ὀρχον esse perjuriū? Ὀρχον ἀλαλαίνει est jurisjurandi fidem violare, perjuriū fieri. Sed Ὀρχον nunquam simpliciter est perjuriū. Cæterum in MS I legitur: Ὀρχον γεννιμδρως. *Orcum natum*. Sane sic legisse videtur Virgilius: *quintam fuge: pallidus Orcus Eumenidesque fata*. Ubi Servius: *Hesiodus Orcum quinta luna dicit natum*. Ex Celso quoque tradit Orcum esse jurisjurandi Deum, pallidum dictum quia jurantes trepidatione palleant. Apud Orcum enim defunctas animas jurare, ne quid suos, quos in vita reliquerunt, contra fas adjuvent. Orcus Latinis est Pluto, summus inferorum Deus. Cic. in Verr: *Ut alter Orcus venisse Ætnam, & non Proserpinam, sed ipsam Cererem rapuisse videatur*, hoc est, alter Pluto. Plaut. Pœn. I, 130:

*Quo die Orcus ab Acheronte mortuos amiserit.*

Et

Et sic Latini frequenter. Nonnullis tamen non Pluto sed Charon Orcus est. Glossæ Philoxeni: Orcus *Χάρων*. Quin & Silius Italicus Cerberum dicit Orcum.

*Illustrat jejunis faucibus Orcus*

*Armenti quondam custos immanis Iberi.*

Ut veteres videantur omnibus inferis tribuisse nomen Orci, quod a Græcis illos accepisse certum est, qui *ὄρχος* vocarunt sepulchrum, ut bene observat Maximus Scaliger ad Varronem ex Menandro:

*Οὐ πώποτε ἐζήλωσε πολυτελῆ νεκρῶν.*

*Εἰς τ' ἴσον ὄρχον τῷ σφάδρ' ἔρχεται δ' τελής.*

*Nunquam invideo mortuo opulento, in simile sepulchrum venit etiam valde tenuis.* Sic hic locus legitur; pro quo male substituit vir summus *ὄρχον* recte tamen scripsit *δ' τελής*, cum aliter legeretur *δ' τελεῖ*. *ὄρχον* sane fuisse deum inferorum ut patet ex hoc loco Hesiodi, qui illum conjungit cum Furiis, & natum dicit ab Eride in perjurorum pœnam, vide & in Theog. v. 231. Sicut autem *ἄδης*, hoc est Pluto, sic & *ὄρχος* inferorum Deus pro sepulchro ponitur. Ex lectione autem nostri codicis apparet Virgilium non esse hallucinatum, quod Salmasius in libro de annis climaëtericis contendit, cum scripsit Orcum natum esse quinto die. Sic enim invenit in suis exemplaribus, ut legitur in primo Vossiano. In hoc tamen abit a sententia Hesiodi, quod illo die Erynnidas quoque natas canat: cum Hesiodus tantum dicat illos versari apud superos hoc die ad vindicanda scelera flagitiosorum hominum. Sed forsan in hoc secutus est Orpheum, & Melampodem; qui & ipsi commodorum & incommodorum dierum ephemerides ediderunt cum illorum causis, ut Græci interpretes, qui illorum testimoniis sæpe utuntur, ostendunt.

v. 812. *Ἐσθλὴ μὲν γὰρ τ' ἡδὲ φυλάξιμῳ*] MS I, *Ἐσθλὴ μὲν γὰρ θ' ἡδὲ φυλάξιμῳ*. Bona siquidem est hæc ad plantandum.

v. 818. *Παῦροι δ' τ' ἀληθέα κικλήσκουσι*] *pauci veracem dicunt.* inde Virgilius ait illum diem esse contrarium furtis. *Non*  
*na fu-*

*na fuga melior contraria furtis.* Furibus enim fraudi est veritas. Hic est hujus loci sensus, quem & Salmasius ὁ πᾶν vidit.

v. 810. Μίσση· παῦροι δ' αὖτε μετ' εἰσάδει] MS I, μίσση· παῦροι ὅ μετ' εἰσάδει. quod placet. Subintelligendum autem hic ἴσασσι. Paulo ante νῆα πολυκλήιδω perperam vertunt *benedictam*, cum sit πολυκλήιδω in qua multa sunt sedilia remigum. Κλήιδες enim sunt transtra. v. 813: Μισπύθυοι sunt μισαῶξυ πίπλυσσι dies *intercidentes*, qui inter faustos & infastos volvuntur. Vulgo *incerti* vertunt. θυπῶν est πίπλω. Unde Catadupa Ciceroni Nili catarrectes dicitur, quod de altissima rupe præceps cadat.

## C A P U T XIX.

Λαοσάες. Hesiodus emendatus & vindicatus. Τανύσφυρος. Δῶρε Ἀρεσδίτης. Πλεκτὰ ἄρματα. In Hesiodo conjectura. Ὅχιεν ἄτλω. Phaedrus emendatus. Ἐχειν, habere pro regere. Adamantinus. Obscurus locus Hesiodi & aliquot Homeri expositi. Κυάνε πῦχες. Πτύχες in scutis quid. Πτύχες montium juga. Πολύπυχες Ὀλυμπος. Εἰλαύνειν, διλαύνειν. Ducere.

IN Ἀσπιδι v. 3. Λαοσάες] ad bella concitantis, bellicosi. Hesych. Λαοσάες, εἶσαι ἢ παρορμῶσαι εἰς τὴν πόλεμον. Ὅ ἐστιν ἐπιθίσθην Ἀθλῶας. Cur vertant *populorum dissipatoris* causam nullam video. De matre Alcmenæ quæ Herculem edidit diversæ sunt veterum sententiæ. Pelopis filiam fuisse consentiunt fere omnes. Hinc Hercules Pelopis pronæpos dicitur in antiqua inscriptione. Diodorus Siculus illam vocat Eurymedam, Plutarchus Lysidicen, Apollodoro in bibliotheca Anaxo Alcæi filia dicitur.

v. 9. Ἡ ὅ καὶ ὦς] lege: ἡ ὅ.

v. 23. Τῷ δ' ἄμψ ἱέρμοι] Diaconus legit ἱέρμοι, & interpretatur πορδύομοι. Pessime meo judicio. ἱέρμοι πολέμοιο καὶ φυλόπιθω conjungenda esse vel puer videat.

v. 29. Ἀρῆς ἀλεκτῆρος φύλδση] Cui persuadeas tyronem Græcæ linguæ nescire ἀρῆς ἀλεκτῆρος esse depulsatorem malorum,

rum, damnorum, calamitatum? Hinc Hercules appellatur ἀλ-  
ξίτης. Interpretes tamen portentoso errore transtulerunt:  
*Martis depulsores*. Inferius:

Θήκετο δ' ἀμφ' ἄμμοισιν ὄρεϊς ἀλκτῆρα σίδηρον.

*Iniecit autem humeris malorum depulsores gladium.*

v. 35. Τανυσφύρον Ἡλεκτρωνίδα] *pulchra Electrionida*. Ri-  
dicule interpretes. *procera Electrionida*. quam paulo ante appel-  
laverat εὐσφύρον, nunc dixit τανυσφύρον. Hesych: πινύσφυρ, ὀρθόσφυρ, ἄσφυρ, λεπτόςφυρ. quæ pulchros & teneros  
talos habet formosa. Sic apud eundem: Ταναῦφης ἐστὶ λεπτο-  
φύης, tenuiter textus. Ταναηκὲς veteres exponunt ὀμμηκὲς. Τα-  
νύτετρα, λεπιότετρα. Ταναὸς non solum est μακρὸς, sed & λε-  
πίος.

v. 47. Τερόμην δώροισι πολυχρύσῳ] Nescio quid hic de-  
liret Diaconus, qui hæc verba accipit de Alcmena, asseverans  
illam hic a poetâ dici Venerem, quia superius scripserit, eam  
omnes antecellere mulieres εἰδὲ καὶ μεγάρῃ. quæ an sano homini  
in mentem possint venire dubito. Cui enim, præcipue qui  
Græcos poëtas enarrandi partes sibi imposuit, potest latere  
δῶρα Ἀφροδίτης esse στυγία, δύνῳ, φιλότῳ, *Concubitum*,  
*consuetudinem*?

v. 52. Βίλῳ Ἡρακλείῳ] Inapte vertitur: *vim Herculanam*.  
eum sit secundum pervulgatam & creberrimam Græcis poëtis  
circumscriptionem, ipse *Hercules*. Inferius:

Ἐν μέσῳ δὲ δράκοντι ἔλῳ φόβος, ἔτι φαιδός.

*In medio autem draco erat terribilis*. Ubi interpretes denuo: *dra-  
conis horror*. Imitatus est Horatius:

*Perrupit Acheronta Hercules labor.*

hoc est Hercules, ut apud eundem *Catonis virtus* est Cato: Nar-  
ratur & prisca *Catonis virtus saepe incaluisse moro*.

v. 63. Πλεκτοῖσιν ὑφ' ἄρμῳ] Inferius v. 309 ἄρμῳ καὶ ἡν-  
τα. v. 307: εὐπλεκῆς δίφρος. hoc est currus ex lignis contextos,  
compactos. πλέκειν de curribus, ut apud Latinos *texere* de na-  
vibus. Claud. *Qua sylva carinas texuit*. Propert.

*Ite rates curvas & levi texite causas*. ut pulchre & ve-  
rissime emendavit Gronovius ὁ πᾶν in Observationibus.

v. 93. Ἡν ἄτλω ἔχων] *Culpa[m] suam luens, non noxam,*  
ut vulgus interpretum. Existimo autem legendum ἔχων, cul-  
pam suam ferens, hoc est luens. Homer. Iliad. φ, 300:

Ὁ δὲ φρέσιν ἦσιν ἀλαοῖς

Ἡν, λὼ ἄτλω ἔχων ἀσιφρονι θυμῷ.

*hic vero mente sua captus iuit, suam culpam luens folido animo.*  
quod loquendi genus etiam Hebræis frequens, ut in illo, *filius*  
*non portet delicta patris*, hoc est *non luat*.

v. 95. Ἀλλὰ σὺ θῆσσαν ἔχ' ἥντα φοιτῶντα ἱππων ἀκυπόδων]  
hoc equos rege frenis. Hoc Phædro est, *ora continere frenis spu-*  
*mantibus*. lib. I II, fab. 6.

*Sed istum timeo sella qui prima sedens*

*fugum flagello temperat lentum meo,*

*Et ora frenis continet spumantibus.*

Sic legendum esse ante hos decem annos vidi, & probavi Gro-  
novio. Horatio est *ora frenis temperare*. Ovid. *spumantia ora*  
*coercere* VI Metam.

*dum flectit in orbem*

*Quadrupedes cursus, spumantiaque ora coercet.*

Id. V Metam.

*dea fertilis angues*

*Curribus admoveat, frenisque coercuit ora.*

Id. epist. Phædræ:

*Sæpe iuvat versare leues in pulvere currus,*

*Torquentem frenis ora sequacis equi.*

Seneca Hippolyto v. 1002:

*Cellos sonipedes ocyus subigit iugo*

*Et ora frenis domita substrictis ligat.*

v. 105. Ὁς Θήρας κενδάμων ἔχῃ] Interpretes vertunt:  
*qui Thebarum mœnia tenet*. Nec improbo. ἔχῃ tamen pote-  
rat etiam *vegeti, habet*. Nam habere Latinis æque ut Græcis  
ἔχειν dicuntur loca, qui illa possident, & gubernant, qui il-  
lis præsunt. Justin. XII, 4: *Terras inter amnes Hydaspen*  
*& Indum Taxiles habebat*. Flor. IV, 2. *Siciliam & Sardi-*  
*niam annona pignora per legatos habuit*. Tacitus II annal. 20:  
*Festinare & urgere ut provincias & legiones solus habeat*. Sic  
& ho-

& homines & dii dicuntur haberi ab iis, sub quorum potestate & ditione sunt. Ovid. I Metam. v. 196:

*Cum mihi qui fulmen, qui vos habeoque reoque;  
Struxerit insidias.*

v. 136. Κυνίω ἐὺπικτον ἴθης Δαιδαλίω πέδῳ μάλ' ὅτι] Diaconus contendit ἀδάμαντα hic non esse lapidem; sed σίδηρον. Hunc sequuntur Latini interpretes. Sed quis tam hospes est in veterum scriptis, cui lateat adamantina Græcis & Latinis dici omnia quæ valde dura sunt & firma. Sic Horatius Marti tribuit *adamantinam tunicam*. Ovid. IV Metam. de sedibus inferorum:

*Carceris ante fores clausas adamante sedebant.*

hoc est obicibus & postibus firmissimis. Sexcenta apud poëtas exempla facile invenies.

v. 143. Κυάνη δ' ἀπὸ πύχας ἡλῆλασθ' Interpretes incertissime: *cæruleis plicis fulgorem interfecantibus*. Verte: *cærulea lamina erant ducta*. Κυάνη πύχας, sunt cæruleæ laminæ, ut apud Homerum θραυγὴς κυάνη, cærulea lorica. Πύχας sunt laminæ, tabulæ, plagulæ, coria ex quibus scuta conficiebantur. Etymolog. M. exponit τὰ ἀπὸ φορεῖ, ἐπιπλήως ἐλάσμεθα. Ex pluribus enim plagulis, pellibus, textis, tabulis, pro materiæ diversitate, conficiebantur clypei Græcorum, sicut & scuta Romanorum. Unde vult Varro scutum dici a secando quasi secatum. Quamvis autem in verberbio labatur Togatorum doctissimus, est enim scutum a σκῦτῳ, quia pellibus obducebatur, ostendit tamen veterum scuta ex variis partibus fuisse composita. Liquidissime Homerus Iliad. H, v. 248:

Ἐξ δ' ἀπὸ πύχας ἦλθε δαΐζων χαλκὸς ἀτειρής

Ἐν τῇ ἐξδομῇ τῇ ῥινῇ ἔειπε.

*Ceterum sex per plagulas penetravit findens hasta, in septima autem pelle hæsit.* Ajacis clypeus erat ἐπὶ ἑξοίῳ, singula pellis constituebat πύχα, sive plagulam. Iliad. Υ, in descriptione scuti Achillis,

Ἀλλὰ δύο μ' ἔλασσε ἀπὸ πύχας, αἱ δ' ἅρ' ἐπὶ τρεῖς

ἦσαν· ἐπεὶ πέντε πύχας ἦλασσε Κυλλοποδών

Τὰς δύο χαλκείας, δύο δ' ἐνδεδι κροσσιτίροι

Τὼ δ' ἵμιον χρυσῷ.

*Sed*

*Sed duas quidem adexit per plagulas, hæ autem adhuc tres erant. quoniam quinque plagulas Vulcanus duxerat, duas areas, duasque intus stanni: Unam vero auream.* In quibus locis ineptissime interpretes πύχας vertunt plicas, ut in pluribus aliis. Polybius in descriptione scuti Romanorum σινδρίωματ' appellat, lib. VI: Εκ διπλῆς σινδρίωματ', ταυροκόπη πιπηγὼς ὀθονίῳ μὲν ἔ τωῦτα μορφαί δερμὶν περιείληπται. Scutum e duplici tabulato glutine taurino est compactum: extrema superficies linteo, deinde vitulino corio circumtegitur. Nicetas Choniata lib. I rerum Isaaci Angli in descriptione thoracis ex lineo coactili sæpius aut decies in se complicato συμπύγματ' dicit, quæ Poëtæ veteres πύχας. Αὐτὸς μὲν τοι ὁ Κόροαδ' αἰὶν' ἔθρεψ' τηλικαῦτα διημιζέει, ἐν ἧ λίνω πιπηγμένοι ὑφασμοὶ εἶναι αὐτῶν ἰκανῶς ἡλισμῶν ἀφ' ὧν πολλὰ κίς περιπύχθην διπλῶ ἵν' ἔκ' ἐνεδύετο. ἐς τοῦτο δὲ ἡ αἰνέτυπὸν αἰσὶ καὶ οἶν' συμπιληθῆν, ὥς καὶ βέλους εἶναι παντὸς στρατιώτην, ἡραδμῶν δὲ εἰς ἐκτετακτικῆς καὶ πλεῖν ὑφασμῶν συμπύγματ'. Ipse Conradus sine scuto tunc dimicabat: sed pro lorica textum quoddam gestabat e lino factum, vino austero probe salito maceratum, sæpius replicatum: quod quidem sale & vino coactum adeo firmum adversus ictum erat, ut penetrari a nullo telo posset. Erant autem huius texti plagellæ octodecim & eo plures. Propter eandem rationem tabulæ quoque ex quibus fores compingebantur πύχας dicuntur. Pollux onomast. IX, 5. πύχας sunt etiam pugillarium tabulæ, siue sint eburneæ, siue ligneæ, siue aureæ. Hinc διπύχον, τριπύχον, πολύπύχον. Nec longe inde discedit quod pro jugis montium πύχας ponuntur. Apollon. Rhod. III, 101:

Βῆ δ' ἰδὼν Οὐλύμπιο καὶ πύχας. Ivit per juga Olympi. Ubi ridicule interpret novissimus vallas exponit. Jugis montes connectuntur. Hinc nostro in Theogon. v. 113 πολύπύχ' Ὀλυμπ' est multa juga habens. inepte interpretes: cælum multis sphaeris implicitum. Ελαύνειν vero & διελαύνειν sunt propria in hac re verba. Homerus in loco superius laudato: ἐπεὶ πέντε πύχας ἤλασε Κυδοπιδίων. quoniam quinque laminas duxit Vulcanus. Idem alio loco: ἡ δ' αἶσα χαλκῶς ἤλασε, quam faber ætæius fecit. Ελαύνειν σίδηρον χρυσόν, ferrum, aurum ducere,

cere, proprie dicuntur fabri aurarii & ærarii. Hinc ἐλάσμευς sunt laminæ ductiles. Eustath. ad d. l. πέντε πύχας ἤλασε. εἰρη-  
ται τῷ τοῦ μὲν καὶ πύχην χαλκὸν καὶ λῶ. dicitur hoc quidem secun-  
dum artem fabrorum ærariorum. Est enim proprium χαλκός-  
ων verbum. Herodot. I, 68: Εἰλθὼν εἰς χαλκήϊον ἐξηεῖτο σίδηρον  
ἐξελαινωμόρον. Cum venisset in officinam ærariam videns ferrum  
duci. Noster inferius in Theogon.

Τὸν περὶ χαλκῶν ἐρεῖ ἐλήλαται.

Quem circa ferreum septum ductum est. Apollon. Rhod. Argo-  
naut. II, 231:

Οὐδ' εἰ οἱ ἀδάμαντος ἐληλάμενον κίερε εἴη.

Ne si cor ei sit ex adamante ductum. Εἰλάμεν Latinis est ducere. Horatius de Alexandri ærea statua: Ne quis se duceret arc.  
Πύχας recte etiam verti possunt tabulæ, quamvis sint ferreæ,  
aut coriaceæ, aut ex alia materia. Sic apud Tertull. de pallio  
eadem translatione plicæ longæ in toga dicuntur tabula toga,  
quod similes sint tabulis.

## CAPUT XX.

Λοκὲ δέντες. Ἀπληῖ. In Hesiodo inenda exemta. Eidem lux.  
ἀμυρὶ καίνια, & similes locutiones. Τιταρήσι. Ἀγλαίη Ἀθίωα. Μά-  
χην κορύσσειν. Danielis Heinsii elegantissima emendatio asserita. Juve-  
nali lux. Rumpere auditorium. Hesiodus distinctione adjutus. Πάν-  
θοος κρασίτερος. Κίβισις. Τίττειν. Χλωρός est ὡχρός. ὅτι χλωρὸς ἀδάμαν-  
τος βαίνειν. Leves in hastis. & similes locutiones.

v. 146. **Ο** δύνταν λοκὰ θεόνταν] Pervenustum loquendi  
genus est pro ὀδύνταν λοκῶν. Antiqua inscriptio  
in consecrationem templi in agro Herodis Attici, ποίη χλωρὰ  
θύσου, herba viridis, quod olim observavit Salmasius, & ante  
eum David Hœschelius in epistola ad Meursium scripta, quæ  
penes me est.

v. 147. Οδύντες ἀπληῖ] dentes magni. Hesych. Ἀπληῖν,  
ἀπεράσσειν, ἀχάρατον, μέγα. Interpretes pessime: dentes inacces-  
si. ut & v. 230: Γοργῶνες ἀπληῖ, sunt terribiles. In Theog.  
v. 151 Χεῖρες ἀπλάσι manus magna, terribiles. Sophocles:



Ajace flagellifero v. 256: Τὸν αἰὼς ἄπλᾶς ἔχῃ. *Hunc furor magnus tenet.* vid. ibi scholia.

v. 155. Ἐν δὲ ὁμαδὲς τε, φόβῳ τ' Ἀνδροκροσὶ τε δειδήϊ] legendum: ἀνδροκροσὶ τ' ἐδειδήϊ. Vertendum vero: *In eo tumultus, terror, & homicidium ardebant* scilicet ira, indignatione, dimicandi libidine.

v. 179. Καίνεα τ' ἄμφι ἄνακτα, Δρύαντα τε] Hi omnes accusativi ab hoc versu usque ad 183 exponendi sunt per nominativos, *Caneus Rex, Pirithoüs, &c.* quod satis indicat versus, qui iis subjicitur:

Ἀεζύριοι, χρύσεια παρὶ χροὶ τούχῃ ἔχοντες.

Latinos interpretes fugit elegantissimum istud dicendi genus, οἱ ἄμφι Πλάτωνα, pro Πλάτων, de quo superius egimus. Poëta omisit articulum.

v. 181. Τιβερῆσι] Notat Diaconus hunc Lapitham nomen accepisse a loco quem coluerit. Is est fluvius Theſſalix. Suidas: Τιβερῆσι ποταμὸς Θιοσαλίας. Sed & ejus accolæ eodem nomine fruebantur. Stephanus de Urbibus: Τιβερῆσι ποταμὸς Θιοσαλίας. τὸ ἐθνητὸν ὀνομασάμενος Τιβερῆσι. Stulte ἄρα ἔστιν ἄρα vertitur *potus Martis*. cur non: *filius Martis*? Sic autem omnes dici πολεμικὸς ἄνθρωπος qui Homerum, parentem omnis doctrinæ & elegantix legerunt, non possunt nescire. apud eundem eodem sensu: ἦες Ἀρήϊοι.

v. 185. Ἀσφολον οἰανισλῶ] Ovidio XII Metamorph. dicitur Astylos:

*Quisque suis frustra bellum dissuaseraut augur  
Astylos.*

v. 196. Ἰεμρών τε] *ruentium.* non: *festinantium.* nisi forsitan legendum: Ἰεμρών τε avidorum scilicet pugnæ.

v. 197. Ἀγαλὴν τελευτήσῃ] Cave veritas, *prædatrix Tritogenia*, cum interpretibus. Retinendum Græcum epitheton *Agelaæ*. qua significatur bellicosa Minerva. Suidas: Ἀγαλὴν ἢ Ἀθλῶα, ἢ δὲ τὸ ἄγειν λείαν, τέτις, τελευτική. Noster infer. Theog. v. 318: Homerus Iliad. δ. v. 178:

Πρώτη δὲ Διὸς θυγάτηρ Ἀγαλαίη.

*Prima Iovis filia Agelaæ.* ubi æque inepte interpretes: *prædatrix.*

*datrix.* vide ibi Eustath. scholia Didymi & Etymolog. Magnum.

v. 198. *Μάχλῳ ἐήλυσσε κορύσσειν*] Quid est, *pugnare* velle *armare*? Sic enim reddiderunt interpretes. Κορύσσειν μάχλῳ est accendere prælium, ciere bellum, ut Justinus loquitur de Artemisia: *inter primos duces bellum acerrime ciebat*. Noster paulo ante: Κορύσσειτε κλόνον ἀνδρῶν, *ascendens pugnam virorum*. Pindarus Isthmionic. VIII:

*μάχας ἀναεμβρότε*

*Ἐρῶν ἐν πεδίῳ κορύσσοντα.*

*pugna homines interimentis opus in campo ciere*, quod est fortiter pugnare. Κορύσσειν sæpe generaliter est augere. Hesych: Κορύσσειν αὔξειν. Pindarus Isthmionic. VIII: βίον κορύσσειν ἀγαθῶν ἔργων, *fortunas amplificare bonis artibus*.

v. 203. *Θιῶν δ' ἰδὲ αἶγνος Ὀλυμπῷ*] Elegantissime hunc locum emendavit D. Heinſius, qui legit αἶγνος Ὀλυμπῷ, *frangebatur*, hoc est, resonabat Olympus. Polybius XV, 30: τὸ δὲ ἀγασφάντων πρὸς τὸ βασιλείας κατεργάζοντο πᾶς ὁ πῶς δὲ κράτος καὶ τὴν κλαυγῆς. *Satellitibus regia mandata exponens plausu & clamore omnia loca replebantur*. Noster poeta inferius vers. 278:

*Τοὶ μὲν ὑπὸ λίγυρ' ὀϊστοῖσιν ἴσους αὐδῶν*

*Ἐξ ἀπαλῶν σφαιρῶν, αἷε δὲ σφισιν ἄγνυς ἤχῳ.*

*Atque hi quidem canoris tibiis emittebant cantum & tenero ore circumque ipsos frangebatur echo*, id est, resonabat. Vers. 345:

*Τῶν δ' ἵπποι μὲν ἔπειθ' ὑπαιαντίοι ἀλλήλοισιν*

*Ὀξεῖα χρέμισαν, αἷε δὲ σφιν ἄγνυς ἤχῳ.*

*Horum equi deinde obviam sibi mutuo facti, acutum hinnivere, circaque ipsos frangebatur echo*. Virgilius:

*Et cantu querula rumpent arbuta cicada.*

Juvenal. *Affiduo rupta lectore columna*. Nec aliter intelligendus ejusdem Poëtæ locus Sat. VII, v. 85:

*Gloria quanta libet quid erit, si gloria tantum est?*

*Curritur ad vocem jucundam, & carmen amica*

*Thebaïdos, letam fecit cum Statius urbem,*

*Promisitque diem: tanta dulcedine captos*

*Afficit ille animos, tantaque libidine vulgi*

*Auditur. sed cum fregit subsellia versu*

*Esurit, intactam Paridi nisi vendat Agavem.*

In quo loco exponendo principes ingeniorum Josephus Scaliger & Isaacus Casaubonus miretrantur. Ille in Aufonianis lectionibus vult Statium poetam post incredibilem totius urbis expectationem tandem in agone Capitolino Thebaidem suam recitasse, sed non placuisse, & contra eum alios coronatos. Hoc false significare Juvenalem dicentem: *sed cum fregit subsellia versu*, nimirum poetam recitantem non stetisse, sed excidisse, hoc est, non placuisse. In diversum plane iit Casaubonus in animadversionibus in Suetonium, qui frangere subsellia interpretatur vehementissime placuisse, sic ut Κρότη, Euge, Sophos acclamantium quasi subsellia frangerentur. Fundum hujus sententiæ producit Sidonium Apollinarem V, ep. 70: *Hunc olim perorantem, & rhetorica subsellia plausibili oratione frangentem, socer eloquens ultro in familiam patriciam adscivit.* Sed uterque nihil aliud significat quam simplicem recitationem, quod & postea ipse Casaubonus fatetur. Frangere subsellia versu eadem ratione dicitur, ut rumpere legendo columnas, cantu arbuta, Olympum. Martianus Capella: *Nam absque his qui perturbantes pectora sensusque cunctorum cognoscentium quoque perfringere subsellia.* Non nego tamen etiam de Κρότη & acclamationibus auditorum hoc loquendi genus posse usurpari. Sidon. lib. I X, ep. 19: *Dignum omnino, quem plausibilibus Roma foveret ulnis, quoque recitante crepitantis Athenæ subsellia curvata quaterentur.*

v. 204. Εἰ δ' ἄγρῳ, καὶ δ' ὀλβῷ ἀπείριτον ἐσφάνατο

Ἀθανάτων ἐν ἁγῶνι· θεαὶ δ' ἐξήρχον αἰοιδῆς.] Hi versus nec recte sunt expositi, & prava distinctione corrupti. Ad quod enim referas ἐν ἁγῶνι non est. Sed leviter distinctione mutata omnis ἀπορία tollitur.

Εἰ δ' ἄγρῳ, καὶ δ' ὀλβῷ ἀπείριτον ἐσφάνατο

Ἀθανάτων· ἐν ἁγῶνι θεαὶ δ' ἐξήρχον αἰοιδῆς.

Ibi erat coctus, qui cinctus erat ingentibus opibus Deorum. In certamine dea vero incipiebant cantare. Ἀγρῷ hic est concio, cœtus

cætus Deorum, qui Apollinem & Musas audiebant cænantes. Posset & πελείη σιγή poni post ἐσθλάνω. sed priorem distinctionem probō.

v. 208. Πανέφθον καὶ ὀπίπετον] Interp. *stanno liquefacto*. Sed πάνεφθον καὶ ὀπίπετον est idem ἄπιφθον καὶ ὀπίπετον, stannum bene excoctum, purgatum, optimum. ἄπιφθον χρυσὸς Herodoto est purissimum, *aurum ad obrussam*, ut loquitur Suetonius. δ' ἄργεον ἄπιφθον eidem *argentum rustulatum*. Pollux lib. VII: ἄπιφθον χρυσὸς ἀκέραιος, ἀκέραιον, εἰλικρινές, ἀκραιφνές.

v. 224. Ἀμφὶ δὲ μιν κίβισις ἦν] Quam male interpretes: *circum ipsum autem pera ferebatur*. Hæc nemo, nisi Græce intelligat, assequetur quid sibi velint. sensus est, ipsum caput erat sacco inclusum, sive pera. Κίβισις est πήρα, κίβωτίς. Callimachus:

Εἰ γὰρ ἐπιθήσῃ πέντα ἐμὴ κίβισις.

Sic dicta quod in illam reponatur βόσις, id est προφή, si magni Etymologici auctori credimus, qui & hunc Hesiodi locum bene exponit: ἐδάσσειν ἐν δεκλικῇ πνι ἀργείῳ τῷ κεφαλῷ τ' Γοργόνος ὁ Περσεύς. vide & Apollodor. bibliothec. lib. I I.

v. 229. Περσεύς Δαναΐδης ἐπιδάσσει] Interpretes cum hæc, & paulo præcedentia ita vertunt: *Ipsæ autem properanti & formidanti similis Perseus Danaïdes extendebatur*, ipsæ nescierunt quid dicerent. ἐπιδάσσειν & ἐπιδάσσειν interdum est currere, festinare, fugere. Hesych: ἐπιδάσσειν, ἀνδύειν. ἐπιδάσσειν, πείχων. Et sic hoc loco accipiendum.

v. 232. Ἐπὶ χλωρῇ ἀδάμαντι βαίνουσιν] Exponitur: *In viridi adamante euntibus*. Virides adamantes quis vidit? χλωρός Græcis non solum est viride, sed etiam ὠχρόν pallidum. Inferius v. 264. Ἀχλὺς χλωρῇ, tristitia pallida. Theophrastus carbunculos dixit χλωροειδέστερος, hoc est, pallidiores. Galenus in multis locis notavit apud Hippocratem χλωρόν frequenter poni pro ὠχροῖς. Sicuti contra ea apud Virgil. Eclog. VI, *pallentes herba* pro viridibus. Notandum vero loquendi genus exquisitum ἐπὶ χλωρῇ ἀδάμαντι βαίνειν, *in pallido adamante venire*, pro ornatum adamantibus, ut apud Pindarum ἵπποι ἐν περσέας

*equis in aliis pro alatis. Ennius: levesque sequuntur in hastis, hoc est hastati. Virg. V Æn:*

*occurrit Acestes*

*Horridus in jaculis & pelle Lybistidos ursa.*

*jaculis instructus, & indutus pelle ursina. Flor. I, 1: Juventus divisa per tribus in equis & armis ad subita belli excubaret. hoc est, equis instructa & armis.*

v. 235. *Ἐχέροισαν ὀδόντας*] proprie acuebant dentes, ut in *ἔργῳ* v. 573, *ἀέρας χαροσέμεν* falces acuerere. sed hoc loco est frendebant dentibus, quod frendentium dentes colliduntur, sicut ferrum cum acuitur ducitur in cote.

v. 260. *Προφερῆς τ' ὡς πρεσβυτέρῳ*] Hunc versum nullus dubito quin respexerit Aristarchus, qui in glossa antiqua ad istum in Theogonia versum: *Καλλιόπη μὲν προφερέσσει ἐπὶ ἀπασίν* interpretatur *προφερέσσει, πρεσβυτέρῳ*. quasi ἐκ παραλλήλων essent posita *προφερῆς* & *πρεσβυτέρῳ*. Viri quidem doctissimi existimant Aristarchum ad versum 578 in *ἔργῳ*. *Ὅς τοι προφέρῃ μὲν ὀδὴν προφέρῃ τε καὶ ἔργῳ*. sed hæc nihil faciunt ad significationem *προφερέσει* pro *πρεσβυτέρῳ*. Ipsum vero Aristarchum errasse hic ipse locus, qui, cum illa scriberet, ejus animo obversabatur, vincit. *προφερῆς* enim est excellens, præstans. *προφερῆς* τ' ἄλλων præ aliis excellens. Concise dicitur pro ἐκ aut ἀπὸ τ' ἄλλων, ut *δια γυναικῶν, nigra lanarum*, apud Plinium & mille talia. Hæc non monerem nisi intellexissem ὁ χρόνιος hic impigisse.

## C A P U T XXI.

*Ἀχλὺς. Γυνοπαχίς. Fame laborantium pedes tumescunt. Homeri locus insignis expositus. Mēs nuptialis Græcorum. Παίζειν. Ludere. Τὸ φορμίγγων. Hesiodo lux. Βάδν λήϊον. Πίπληα aristæ. Versus suppositivus indicatus. Εἰρίδης, ὀπίχεν ἱππας. Ἀχρετοὶ αἰδολοί. Ἀγών. Hesiodus emendatus. Gestatio. Jus. Θία. Ἐλαιον, ἀφρώματα pro foris ubi venduntur. Λαοί. Αἰών. Πολιμίζειν. Σπώδεν. Hesiodus quinquies correctus. Μαστράειν, μαστράειν, μαστράειν. Μαστράειν. Θήλυς ἱέρση. Θήλεια νύξ. Ἡ ἑλεφον cervus. Ψυχὴ vita. Λαός, multitudo. Populus.*

v. 264. *Π Ἀέ δ' Ἀχλὺς εἰσέχεται*] Pulchre & erudite docuit V. Cl. Tanaquillus Faber ad Longinum *ἀχλὺς* hic

hic esse tristitiam. Quo nihil est certius. sic contra φῶς est χαρά. Hefych. Φῶς, χαρά, σωτηρία. Exempla apud sacros scriptores & τὰς ἑξῶ sæpe occurrunt. Cur vero ἐπισμυγρὴ transferunt *perusta similis*? Diaconus scilicet exponit κικαυμένη. Sed iste homo supra triviales Grammaticorum canones non sapit. Εἴσμιμυγρός est miser, ærumnosus, plenus dolorum. Αὐτοπαχὴς appellatur quia fame est confecta & exhausta. Illorum enim qui fame laborant pedes tumescunt cum alia membra macescant, & exarescant. In ἑρζοίς, v. 496:

Μὴ σὶ κεκεῖ χειμῶνι ἀμνηχανὴ καὶ ἀμάρψῃ

Σὺ δὲ πιτῆ, λεπτῇ δὲ παχυὲ πόδι χειρὶ πίεζοις.

*Ne te mala hyemis difficultas opprimat cum paupertate: macilentum vero crassum pedem manu premas.* Ovid. VIII Metam. v. 807 in insigni descriptione Famis:

*Auxerat articulos macies, genuumque tumebat*

*Orbis, & immodico prodibant tubere tali.*

Apud Ephesios lex fuit, μὴ ἐξείναι πατὲρ παῖδας ἀποθιάς ἕως ἂν ἀφ' ἑλμὸν παχυθῇ τὰς πόδας. non licere patri liberos exponere donec inedia pedes tumescant. Plutarchus affirmat fame confectorum pedes turgescere, corporis vero reliquas partes macescere & attenuari. Hinc lux affulget Homeri loco Οδυσ. ε, cujus sensum nec veteres nec recentes interpretes ceperunt.

Τὸν κ' εἰ μὲν δαίης σωθὲν ῥυτῆρα γυνιάς

Σηκῶθρον τ' ἔμδρυ, παχὺν τ' εἰέφοισι φορῆναι,

Καὶ κεν ὁρὸν πίνων, μεγάλῳ ἐπιγυνίδα δέετο.

*Hunc si mihi dares stabulorum custodem esse, & caularum curatorem, ut frondes hœdis apportares, Ille saltem serum bibens crassum genu faceret.* hoc est, ita curarem, ut fame & macie confectus desisteret pererrare alienas urbes & domos, hominibusque mendicando negotium facessere: non plus cibi iste bene habitus mendicus caperet, quam ad famem extremam expellendam satis esset, ne corpus faceret, cui nunc mendicando servit. Ulysssem fuisse bene habitum liquet inferius ex Odyss. φ, ubi Penelope ad Eurymachum procum, qui nolebat Ulysssem tractare arcum a Penelope propositum, illum hospitem ait esse μέγαν καὶ βίπην,

Θύτῳ ἢ ξείνῳ μέλα μὲ μέγας ἢ δ' ὀπηγής.

*Iste hospes valde magnus est & validus.* Scio Eustathium, Budæum, alios omitto, de hoc loco sentire aliter, velleque μέγαν ἐπιγνίδα θάπτο εἶναι, *corpulentius fieret.* In hanc rem producunt ex sequente libro :

Οἷον ἐκ ρακίων ὁ γέρων ἐπιγνίδα φαίνει.

*quale ex rannofo hoc habitu senex femur ostendit.* Quod enim hic ἐπιγνίδα dixit, paulo ante appellavit μηρὸς καλὸς τε μέγας τε. Sed hic de femore loquitur, quod crassum & robustum, est δειξίας argumentum. ibi vero de genu, cujus tumor est famis & maciei indicium. Ovidius: *genuumque tumebat orbis.* Ἐπιγνίς est vox πολύσημῳ. Cic. in Arato vertit genu. Sic capiendum in priore loco. Aristarchus vero exponit partem supra genu, τὸ ἐπίαν ἢ γέναιῳ femur nimirum, ut posteriore loco accipitur. Constat autem etiam ex hoc versu οἷον ἐπιγνίδα φαίνει Ulyssē corpulentum fuisse & validum. cui bono igitur plus corporis fecisset? Deinde serum non videtur multum posse conferre ad διασεκίας. Minatur potius se feri potu illum redacturum ad maciem, ut cum corpore deponat istam ferociam & impudentiam, ac definat ὑπερμαζᾶν.

v. 273. Ἐὕσώτεσσι ἐπ' ἀπήνης] Nimirum ex more Græcorum, qui sponsas sellis insidentes in currus imponebant, quibus ex parentum ædibus in mariti vehabantur. vide Lucian. in Lpithis. Suid. in Ζῶγῳ.

v. 276. Χοροὶ παίζοντες] saltantes. Homer. Ὀδυσ. ψ, 147:

Τοῖσιν ἢ μέγα δῶμα δαΐτονα, χιζέτω ποσσίν

Ἀνδρῶν παίζόντων καλλιζώνων τε γυναικῶν.

*Horum autem magna domus strepebat pedibus virorum saltantium, & ornatarum fœminarum.* Sic & ludere Latinis. Horat. I II, 15:

*Mature propior desine funeri*

*Inter ludere virgines.*

Ibidem: *Illam coget amor Nothi*

*Lasciva similem ludere caprea.*

Et lib. II, carm. 12: *Nec dare brachia*

*Ludentem nitidis virginibus.*

hoc est choreas ducentem inter virgines. In saltationibus veterum major brachiorum quam pedum movendorum ratio habebatur. Ovid.

*Si vox est, canta: si mollia brachia, salta.*

Vide quæ nuper docuit Vir eruditissimus Franciscus Vavassor in libro omnibus Gratiis & Veneribus condito de ludicra dictione. Ab hac significatione ἔλudere, manavit etiam ludius, hoc est ὀρχηστὴς, χοροδότης, saltator, histrio. Prudent:

*Saltat Tenantem tauricornem ludius.*

Et ludi & ludicra primo dicta sunt spectacula, quæ ludii, ὀρχηστῆς ediderunt, deinde ad alia translata spectacula, in quibus nullæ saltationes.

v. 280. Ἦν' πὸ φορμίσγων] Est ad cytharam. Horat. ad cytharam cessatum ducere curas. Lucian. lib. πρὸς ὀρχήσεως διδάσκουσα πολλὰ τῶν παλαιῶν ἢ τῶν αὐλοῖς ἢ κυμβάλοις. Multos discens antiquos ritus ad cantum tibia & ad cymbala. Noster versu sequente: καμίζον τῶν αὐλῶν comessabantur ad fistulam. & v. 283, τῶν αὐλητῶν δ' ἕνας & πρὸς ἑκτον. quæ non ceperunt interpretes, qui vertunt: ante tibicinem autem singuli precedebant. imo: sub tibicine singuli procedebant. quilibet habebat tibicinem qui præcedebat tibia canens, ad cujus cantum ludebat & saltabat.

v. 288. Βάθρ' ἀγρίον] est magnus ager segetibus confusus. Homer. Iliad. β, v. 147:

Ὡς δ' ὅτε κινήσῃ Ζέφυρος βαθρὸν ἀγρίον ἐλθὼν.

Velut cum spirabit Zephyrus in magnum agrum segete refertum irruens. Ibi male interpretes: altam segetem, ut hic: profundam segetem. ubi optime antiqua scholia, quæ Didymo tribuuntur: βάθρ' ἀγρίον ὄψορον, σιτοφόρον χυρῖον. Diaconus vero & Scholiastes Theocriti χωρῖον exponunt.

v. 289. Κυραινέτω πύτλα] Reddunt: rostrata folia. Quis vidit folia aristarum spicis graviora, & quidem rostrata? Est fortissimus error. quem corrigere potuissent ex Græcis magistris, qui hic docent Hesiodum abuti vocabulo πύτλα, & uti pro σπῆχες, καλάμους, culmi, aristæ. Sic in veteri epigrammate κυραινέτω πύτλον ἀγρίον, est ager refertus læta segete, gravidus aristis. Κυραινέτω vero sunt incurva δι' ὀγκρεπίας ὀφθαλμοῦ. versu sequen-



τε Δημήτριον ἀκτῶν. vertendum Cereris donum, ut aliquoties in ἱερῶς. quia frugum usum prima docuit Ceres. Antea glandibus vescabantur.

v. 296. Παρεὶ δὲ σφιν ὄρχον ῥύσιον ὦ] ὄρχον non est vitis, ut interpretes existimant, sed vitium ordo. vid. Scholiast. Theocrit. ad Idyl. I, 47, qui videtur hunc locum respicere.

v. 299. Τὸ γὰρ μὲν] Iste versus irreptitius est. Nemo dubitabit qui hunc locum non negligeret, quod miror viros doctos non observasse. Quid enim faciat tibicen & ludentes inter agriculturalium & vindemiatorum opus? Ne dicam inepte eum interfieri descriptioni aurei illius ordinis vitium, quæ hoc versu interrumpitur. Conflatus est ex versu 282, & vers. 283. Nec agnoscitur a Diacono & Tzetzæ. Si auctori hujus carminis sua debet restitui integritas, delendus est hic supposititius versus & tollendus.

v. 308. Εἰςίον ὠκίας ἵππους] Immittebant veloces equos, hoc est, incitabant laxatis frenis. sic & Latinis immittere. Sergius Galba ad Cic. in X ad famil. Repente equum immisi ad eam legionem tironum qua veniebat ex castris. vide Gronovium ad Senecæ III de Ira. Pro εἰςίον ἵππους inferius dixit ἐπίχεν ἵππους, v. 550: Ovid. I. Metam. 280:

*Fluminibus vestris totas immittite habenas.*

Επίχεν ὠκίας ἵππους. nobis immittitis veloces equos. ubi interpretes: contra nos tenetis equos. Επίχεν & ἐπίχεν dicuntur ii qui in hostem movent. Herodot. ἐπίχεν ἐπὶ Λακεδαιμονίους mo-  
vare in Lacedæmonios.

v. 305. Εἰπερὶ τῶν πῖτον ἄρμα] Interpretes: subsultanter volabant currus. Εἰπερὶ τῶν esse subsaltare πῖ καὶ τῶν; legendum: ἐπιπερῶντα.

v. 311. Ἀρκίον εἶχον ἄσθλον] Indefinitum certamen interpretes transfulerunt, quod quale sit, Latinus civis non intelligit, cui esset anceps certamen, dubium, cum adhuc certant & quis victoriam deportaturus sit in incerto est. Cui opponitur decretum pralium. Cic. X ad fam. ep. 10: *Quamobrem quamquam in uno pralio omnis fortuna reipublica disceptat, quod quidem cum hac legeres, jam decretum arbitrabar fore.* finitum,  
per-

peractum, ut liqueat penes quem sit victoria. Sic & *res judicata* apud eundem II ad Att. 12: *Tota res etiamnum fluctuat, quasi decesserit, magis erunt judicata quam scribam.* certa, sicut post sententiam latam a iudicibus apparet uter litigatorum vicerit.

v. 312. Εὐπὶς ἀγῶνⓈ In *stadio*, *circo*. non: *int̄ra agonem*, quod in versionibus extat sine sensu. Ἀγῶν est locus certaminis, stadium, hippodromus. Hesych: ἀγῶν ὁ ἐξέταστος, σταδίων, ἄθροισμα. Idem, ἀγῶν ὁ τόπος ἐνθα ἀθροίζονται οἱ ἀγωνισαί. Antiquorum scholiorum auctor ad vers. 91 in Theogon. Ἀγῶν λέγεται τελευτῶν αὐτὸ τὸ χειρὶον, ὃ ἐν αὐτῷ ὄχλος, καὶ ξυναμφοτέρων, ὡς τε καὶ πόλις. vide & Porphyrii Quaestionum in Homerum vicesimam primam. Equidem pro hominibus, qui conveniunt, & generaliter pro concione, cœtu sæpius capitur. Pindarus Isthmionicon 10: Εἰς ὑπερέσπεον ἀγῶνα, *Ad Hyperboreum cœtum*. Hesiod. Theog. v. 91:

Εἰς ἡρόδρον δ' αἰὲν ἀγῶνα θεὸν ὡς ἱλάσκοντα.

*Venientem in concionem tanquam Deum venerantur.* Sic hunc versum legi in antiquis libris scholiorum auctor annotavit. quæ lectio vulgatæ præferenda. In concionibus enim, ludis, spectaculis præcipue magno honore Reges & Principes afficiebantur, quod vel ex unius Suetonii lectione nemini potest esse ignotum. Non insolens vero Græcis & Latinis res, quæ in aliquo loco gerantur, ponere pro ipsis locis, in quibus aguntur. Δρόμος, cursus, & locus ubi curritur, stadium. Phavorinus: Δρόμοις τοῖς γυμνασίοις. ὅπ' δρόμοις τόποι πνὲς ἦσαν, ὅπ' ἔτρεχον οἱ νῆτοι. *Gestatio* locus ubi gestabantur lætica: *Ambulatio*, ubi ambulationibus vacabant, sic & Belgis *een wandeling*. Jus pro loco ubi iudicatur. Titulus XI lib. X II *de interrogationibus in jure faciendis*. est ἐν βήματι pro tribunali ut recte Græcos interpretatos esse observavit Princeps Jurisconsultorum Cujacius. Hinc *in jus vocare* est ad tribunal. Θέα spectandi locus. θεῶν καὶ λαμβάνειν apud Lucianum, Synesium, & alios est spectandi locum occupare. Λέχαι loca in quibus confabulandi causa conveniebant, ut supra vidimus. Οἶνον, ἔλαιον, χύμα, ἔψον, vinum, oleum, ollæ, obsonium, pro foris & tabernis in quibus vinum, oleum, ollæ, obsonia venduntur. Βιβλιοθήκαι taber-

tabernæ librariæ, ubi libri venduntur. Eupolis: *πῶς ἤλθον εἰς τὰ σκίροδα, καὶ τὰ πρόμυα, καὶ τὸ λιθαινὸν καὶ δὴν τῶ ἀρωμάτων, καὶ πᾶσι τὰ γάλα.* *Abiit in alium, & ceras, thus, tum & aromata, & omnis generis merces.* hoc est, in loca ubi hæ merces venduntur.

v. 330. *Μέγα φέρτεται λαῶν*] Latine redditur vulgo: *præstantissime populorum*. Sed hocine de uno homine dici potest? Verte: *fortissime mortalium*. Hesych: *Λαοί, ὄχλοι, δῆμοι. δύναται ἢ ὅπως εἰρήσῃ ἀνθρώποι* *Δὲ τὸ εἶναι λαοί, ἔνθεν καὶ μέροπις ἀπὸ τῆς μεμερασμένης ἔχειν τινὸς ὅτι ὁ εἶς φωνή.*

v. 331. *Γλυκερῆς αἰὼν* *ἀμείρεται*] Interpp. *dulci ævo spoliariis*. Cur non: *dulci vitâ*? Hesych: *αἰὼν ὁ βίος τῶ ἀνθρώπου, ὁ τῶ ζωῆς χρόνος*, res trita.

v. 340. *Ἐσυνμήνως*] Non viderunt quo pertineat *ἔσυνμήνως*, qui vertunt *certatim*. Referendum ad *ἐδῆσαντο*. *Εἰς διφρον ἐδῆσαντο ἔσυνμήνως*. *In currum insiliit celeriter*. Ibidem *διόγνη* est generosus, ut millies monuerunt veteres magistri. Sed surdis auribus prætermiserunt interpretes.

v. 358. *Συνωιστόμεθα πῶς ἐμίζεν*] *πῶς ἐμίζεν* non est bellare, bellum gerere, sed pugnare, dimicare. ut *πόλεμος* & *Larinis bellum* frequentissime pro prælio. Sallust: *In eo bello trecen- ti milites desiderati sunt*.

v. 364. *Παντὶ μὲν ἀνδρὶ*] *Omnibus viribus nitens, incumbens*. Interpretes ut solent: *totis animis festinans*. Hesych: *ἀνδρὶ, ἀνδρὶ, ἀνδρὶ, ἀνδρὶ, ἀνδρὶ*. In *ἐργίς*. *Σπᾶναι ἀνδρὶ, φυτᾶν, οἶκον δὲ θεῶν*. *incumbere arationi, plantationi, rei familiaris curæ*. ibidem *ἀνδρὶ εἰς ἀφῆναι* *divitiis quarendis operam dare*. *Ælianus II Var. Hist. 6. Καὶ ἄλλους ἢ ἑαυτοὺς πρὸς λαοῦν τῶ νεανίσκων, ὡς μάλιστα ἦδὲ πρὸς τινὸς τοιαύτου πρᾶξιν περιπατήσας*. *Alios etiam adolescentes in societatem adsciscere studuit, quos ad ejusmodi facinus promptissimos sciebat*. Sic sæpissime apud hunc scriptorem, & alios. Nihil tritius.

v. 372. *Ἡνίοχος δὲ ἐπᾶν*] Bene Palatinus codex, *ἔμπᾶν*, hoc est *πλησίον, ἐπλησίαζον*. Sic & *Homerus Iliad. β.* vide *Suidam*. probavit etiam *Comelinus*.

v. 389. *Ἀφῆς ἢ πᾶσι τοῖς μετὰ χρόνῳ Λείβεται*] *Μακροχρόνως* &

& μεταχάειν, quod apud unum Hesychium in μεταρίζειν legitur & exponitur σφοδρῶς μεταῖαλ, est paragogicum ἔμεταῖαλ, μεταῖαλ, id est, edere, mandere, manducare, frendere. Gloss: παρρατ μεταῖται. A quo μάσημα, id est mansum, cibus. Latini sequiores dixerunt pro eodem *massare*, quod extat apud Theodorum Priscianum lib. I, c. 8. lib. II, c. 29. Unde liquet μεταχάειν notare actionem eam, qua animalia collisu dentium & conventu maxillarum res obiectas comprehensasque antequam deglutiant, commolunt & incidunt. Sic de isto loco Vir summus Thomas Reinesius, in litteris nuperius ad me datis rectissime & eruditissime censuit.

v. 395. Θῆλυς ἑέρση] Diacono θῆλυς est ἀπαλὴ tener ros, quem sequuntur interpretes, qui interpretantur, *mollis*, alii ineptius: *foemineus*. Verum θῆλυς ἑέρση est ros herbas vegetans. Hesych: Θῆλυς ἑέρση ἡ τὰ φυτὰ θάλλειν ποιῶσα, ὁρόσθ, καὶ θρεπτικὴ. Probat Etymologici magni auctor, præfatus τὸ θῆλυς dici pro θηλή, ut vice versa καρὴ pro καρὺς apud Callim. θηλή autem esse a θῶ quod proprie est τέτω, quia mammarum lacte infantes nutriuntur. Ἔστιν, inquit, θῶ ῥῆμα δηλὺν τὸ τέτω, ἃ ὁ μέλλων θῆσω. Ὁμηροῦ γυναιχεα τε θῆσεται μεζόν· ἀντὶ δ' ἐθῆλυσεν. Ἐκ δ' ἡσσω ἐν γίνεται ῥημελεχὺν ὄνομα θηλή. καὶ τροπὴ θῆλυς, ὡς καρὴ καρὺς. At Eustathius ad Odyss. ε, ubi hoc ipsum exponit θῆλυς ἑέρση, θῆλυς ait significare θρεπτικὴν per translationem a foeminis ductam, quia foemellæ in omni animalium genere alant pullos suos & infantes, non masculi. dici autem θῆλυς pro θηλεία. Θῆλυς, ait, ἡ θρεπτικὴ τῶ φυτῶν ἐκ μεταφορᾶς τῶ ζώων, ἐν οἷς τὰ θῆλεια θρεπτικὰ εἰσι τῶ νεογνῶν μέλλον ὑπερ τὰ ἄρρενα. ποιητικῶς δ' εἶπε τὸ θῆλυς ὁμοίως τὰ πάλιν ἐφ' ὑπερλί. ποιῶτον καὶ τὸ θῆλυ τε μέλαιναν καὶ τὸ θῆλυς αὐτμή. quod verum est. θῆλυς ponitur θηλεία. Eadem ratione & apud Sophoclem νύξ θηλεία dicitur. hoc est ὑπομέδου καὶ ποιῶσα θάλλειν, ut veteres Grammatici monent. Priorem tamen etymologiam probat Plato in Cratylo, p. 284 edit. Francofurt. Wecheliane: Τὸ δ' ἡθλυ δὲ τὸ θηλῆς π φαίνεται ἐπινόμεναλ. ἡ δ' ἡθλή ἀρχα, ὡς Ερμῶνις, ὅτι πθηλεία ποιῶ, ὡς τερ δ' ὀρέμειν, &c. Θῆλυ est *foemina* δὲ τὸ θηλῆς, id *papilla* dicitur. Θηλή autem, *Hermogenes*,

nes, videtur dici, quia germinare facit, quasi ea qua irrigantur.  
Hanc vim & ros & nox habet. Virg. II Georg.

*Et quantum longis carpent armenta diebus,*

*Exigua tantum gelidus ros nocte reponet.*

Theophrast. VIII hist. Plant. 6: Ἐν Αἰγύπτῳ καὶ Βαβυλωνίῳ, καὶ Βάκτροις, ὅπου μὴ ἔστιν ἡ χύμα, ἢ παλίαις, καὶ ὁρότοι τὸ ὅλον ἐκλείψουσιν, ἐπεὶ καὶ οἱ παλαιοὶ Κυρήνην καὶ Ἐπιδάμειον τόποι. In Ægypto, Babylonia ac Bactriana, ubi raro aut nunquam pluit, rose omnia convalescunt, sicut & apud Cyrenenses & Hesperidum. Igitur θήλυς ἔρση est vim habens vegetandi, & fovendi sata, arbores, plantas, ut convalescant.

v. 397. Τῇ μὲν δὲ κίχρῳσι παλῶχας τελέθουσι] lege: Ἡ μὲν δὲ κίχρῳσι παλῶχας τελέθουσι. quando & milio arista surgunt. Res liquida est.

v. 400. Δῶκ' ἀνδράσι χάριμα καὶ ἄχθου] Veteres Grammatici hoc loco tradunt dona Bacchi ἄχθου appellari propter labores & molestias, quæ exhauriendæ hominibus inferendis & colendis vitibus. Sed verius existimo ἄχθου ea dici propter dolores & mala, quæ creat vinum si immodice bibatur. Homerus Οδυσσ. φ.

Οἶνός σε τρώει μελιθεῖς, ὅτε καὶ ἄλλος

βλάπτει, ὃς αἶν μιν χαυδὸν ἔλη, μηδ' αἰσιμα πίνῃ.

Vinum te fauciat dulce, quod & aliis nocet, quisque eo copiose utitur, & immoderate bibit. vide & quæ sequuntur, si tanti est.

v. 402. Καμήρης ἐλάφῳ] Non cervam, sed cervum hoc loco & versu sequente 407 intelligi nullus dubito. Græci enim tam philosophi quam poetæ τὴν ἐλαφον dixerunt de cervo & cerva, ut olim docuit vir incomparabilis ad Solinum. Callimachus hymno in Dianam v. 99:

Εὐρεῖς ἐπὶ παρρησίου ὄρεος ἢ Παρρησίου

σκαιρῶν ἐλάφους.

Reperiebas in cacumine montis Parrhasii Salientes cervos. Cervos fuisse non cervas vers. 102 ostendit:

Κερῶν δ' ἀπὸ λαμπροῦ χροῦς.

Cornuum vero aurum elucebat. Sic & Sophocli & Anacreonti κερῶν ἐλάφοι, cornu cervi.

v. 405. Οἱ δ' αἵ τ' αἰγυπιοί] Puto scribendum: ἡδ' αἵ αἰγυπιοί. v. 410 legend. ἄλλῃ.

v. 416. Ἀμφιπευωνιάδης ᾧ βίῃ Ἡρακλείῃ] lege: βίῃ Ἡρακλείῃ in casu primo. Sic & Diaconus legit, ut ex paraphrasi ejus licet colligere.

v. 420. Μέγα γδ εἶν' ἔμποι φωτὸς] De Hercule vulgo hæc accipiunt. Hinc vertunt: *Magnum enim robur incidere viri.* Sed Diaconus Cygno hæc tribuit, κατεβλήθη ᾧ ἡ μεγάλη ἰχὺς ἔαυδρος, ἣ γὰρ ἔκυνος. quem si sequimur vertendum erat: *magnum vero robur viri concidit*, vir valde robustus concidit. γδ & ᾧ vicissim non nunquam apud poëtas permutantur. Versus sequens tum optime cum hoc cohæret, si Diaconum sequimur.

v. 428. Μαλίφρονα θυμὸν ἀπήρα] Dulcem animam seu vitam eripuit. Θυμὸς hic est ψυχή. Brevium scholiorum auctor in Homeri Iliad. α, v. 173: Θυμὸν ὧδ' ἀπὸ ποιητῆ σημαίνει πίνε. πλὴν ὀργῶν. ὡς τὸ, θυμὸς ᾧ μέγας ἐπὶ διοτρεφέων βασιλῶν. πλὴν ψυχῶν. ὡς ὅταν εἴπῃ, μελιηδέα θυμὸν ἀπήρα, &c.

v. 431. Οὐρῇ ματιόν] Rescripsi ex codice Palatino ματιόν.

v. 479. Λαὸς ἀπείρων] Verte: *populus magnus*, hoc est ingens multitudo. Virg. 1 Æn. *Ac veluti magno in populo cum sepe coorta est seditio.* Just. XI, 2: *Tantus natorum populus.* Ovid. IV Metam. v. 447, & lib. VI, 197.

## CAPUT XXII.

Γοεσθὺς. Ἐλικολίερα. Vetus lectio Hesiodo asserta. Γυνοὶ ἑλευθέρ. Ἐλευθέρ. Cur Mnemosyne illi dicatur imperare. Egregius Hesiodi locus menda liberatus. Γλυκερὴν χεῖρσιν ἱέρσω. Ros Achaius. Mel, nectar pro eloquentia. Lucianus emendatus. Θύμ. Ἀπικὸς. Antiqua lectio Poëtæ restituta, & alius Hesiodi versus a Cratis censura vindicatus. Μηχαναί. Cyclopibus cur centum manus tribuantur. Rursus Hesiodi lectio vindicata ab emendatione Seleuci. Στενομόβη.

IN Theogonia v. 3. Κεφάλῳ ἰοειδὲς] Non ignoro ἰοειδὲς sepe esse μέλαν, violarum instar nigricans, ut apud Homerum Iliad. λ, πόντῳ ἰοειδὲς, niger pontus, apud alium poëtam ἰοειδὲς νεφίλη,

νέφελῃ, nigra nubes. Sed in fonte laudaveris potius liquidas & argenteo puriores aquas, quam nigras, turbidas, limosas. Hinc adducor facile ut veterum magistrorum sententiam amplectar, qui κρήνην ἰοειδία docent esse ἰοῖς, hoc est ἀνθεσι πεπρωμένῳ, ἀνθώδῃ floribus cinctum fontem, in agro floreo situm. Etymologicum magnum: ἰὸν ὄνομα βοτάνης, τὸ αἶθρ. ὧδ' αὖ τὸ ἀνίστασθαι παχύ. Καὶ Ἡσιόδῳ

Περὶ Κρήνης ἰοειδία

Ἀπὲρ ὅ τιν' ἀνθώδῃ. vide & antiqua Scholia Ἀωνύμῳ in hoc carmen.

v. 16. Ἐλικοβλέφαρον τ' Ἀφροδίτῳ] ἑλικοβλέφαροι & ἐλικώπιδες puellæ Græcis dicuntur, qui sunt *mobili oculorum pertulantiæ*, ut Petron. loquitur, sive quæ habent, ut idem dicit

*blandos oculos & inquietos*

*Et quadam propria nota loquaces.*

Qui hinc Ovidio dicuntur *arguti*. Aliter plerique sentiunt, & exponunt: *nigros oculos habentes*. Sed ea vera est quam dixi hujus vocis notio, quam facile pluribus confirmarem nisi res ipsa loqueretur.

v. 28. Ἀλγίεα μυθήσασθαι] Antiquorum scholiorum auctor notat in quibusdam libris fuisse γηρύσασθαι. quam lectionem non temere damnam. Sciunt enim qui veterum scripta cum judicio versarunt, rariora & exquisitiora semper fuisse expuncta, & pro iis supposita trita, & ab usu vulgi minus remota. Μυθήσασθαι alterius est glossema. Hesych: γηρύσας, φθίγγας, λέγειν. Hesiodus in ἔργ. v. 257:

Αὐτίκα παῖρ Διὶ πατρὶ καθεζομένη Κρονίονι

Γηρύετ' ἀνθρώπων ἄδινον νόον.

*Statim apud Jovem patrem confidens Saturni filium exponit hominum iniquitatem.* Nec est quod quis inodulum syllabæ obijciat, quali tertiam ante ultimam habeat brevem. Qui Græcos poëtas non negligenter legerunt norunt ancipitem esse hanc syllabam in plerisque hujus notæ verbis, ut in δακρύων, αἰνῶν, δρόν, μηνῶν, in ἀορίστοις perpetuo fere produci.

v. 54. Γενεῖσιν Ἐλευθήρῳ μεδέεσσαι] *fertilitati Eleuthera-rum imperas*, hoc est fertilibus Eleutheris. Superius in ἔργ. v. 160

τοῦρον βοῶς, pro τοῦρον βόειον. Eurip. αὐτὴ ποδὲς, pro αὐτὴ ποδῶν. quæ loquendi genera Hebræis, & quæ eorum idiotismis gaudent, Græcis scriptoribus Novi Fœderis sunt per familiaria. apud quos *μεγάλη κηρύγμα*, est *κήρυγμα μαρὸν*, *μεῶδες ἀδικίας*, pro *μεῶδες ἀδικῶ*. de quibus fuse viri docti. *Ἐλευθήρ* est urbs in confiniis Atticæ & Megaricæ prope Platæas, quæ postea in numero multitudinis dicta Eleutheræ, ut sequentibus temporibus Platææ, quæ Homero Platæa. Nomen fertur accepisse ab Apolline Eleuthere. Stephanus de urbibus: *Ἐλευθερά πόλις Βοιωτίας ἀπὸ Ἐλευθήρης τῆς Ἀπώλων*. Mnemosyne illi dicitur imperare, quia ibi culta fuit, & forte templum habuit. Horatius de Fortuna:

*O diva gratum quæ regis Antium.*

quia Antii templum erat celebre fortunæ.

v. 59. *Μηνῶν φθινόντων] exactis mensibus.* Virg. III Georg. 139.

*Exactis gravida cum mensibus errant.*

Aurel. Victor. *Tum exactis mensibus geminos editos.* Plaut. Amphit. III, 2: *Menses tibi exactos vides.* vulgo male exponunt: *mensium decrescentiū.*

v. 83. *Τὸ μὲν ἐπὶ γλώσση γλυκερὴν χεῖκται ἀοιδῶν.]* Quid Regibus cum cantilena? Poëtarum hoc donum est, quibus paulo post tribuunt *γλυκερὴν αὐδῶν*, non Regum. Tam celebrem locum, tam *πάνδημον*, ut cum Luciano loquar, tam diu in mendo cubuisse, nec id animadvertisse viros doctissimos, præsertim cum antiquorum scholiorum auctor veram servaverit lectionem, quis non miretur? Ille vero pro *ἀοιδῶν* legit *ἐρέων*.

*Ἐρέων]* *Ἐρέση*, inquit, ἡ ὁρὸς κυρίως. νυνὶ δὲ μεταφορικῶς τὸ μέλι. *γλυκερὴν δὲ τὸ γλυκὺ καὶ ἀπαλὸν τῶν λόγων.* sic scripsisse Hesiodum dubitare nos non sinit Themistius in Protreptico ad Valentinianum Juniorem, quæ est inter orationes numero undecima, ubi non solum vera Hesiodi scriptura retinetur, sed & exponitur. Nam cum versus hos ut olim scribebantur, recensuisset: *Παπαί, ἡλίαν ἀρατὴ μὲν αὐξάνει τοῖς βασιλεύουσιν ὁ ποιητής, εἰ μὴ τῶν μετῶν ἀμελοῖεν. Πρῶτον μὲν αἰδοῖς αὐτὸς ὁνομαζέει, &c. καὶ διοτρεφεῖς ὁνομαζέει τὰς βασιλίας τὰς ὑπὸ*



ἡ μυσῶν ἰσοκαμάρους, καὶ ἐνέσταται φησιν αὐτῶν δὲ τῆς γλώττης  
 ὁρῶσιν γλυκεῖαν, καὶ λόγους ἐγκάρπους καὶ ἀφελίμους λίγων τινῶν ὁρῶ-  
 σιν. *Para quantam bonorum copiam poeta regibus conciliat, nisi  
 Musas contemserint. Primum enim venerandos illos nominat, &c.  
 Præterea reges ipsos, quos Musa respexerint, alumnos Jovis ap-  
 pellat, & ex illorum lingua suavissimum rorem destillaturum  
 confirmat, utiles ac fructuosas orationes roris nomine significans.*  
 videndus integer locus, qui hos sex poetæ versus egregia para-  
 phrasi illustrat. Totum enim exscribere nec vacat, nec lubet. sic  
 ros *Achaïcus* in Catalectis Virgilii, est eloquentia Græca, At-  
 tica:

*Ite hinc inanes Rhetorum manipuli, ite*

*Inflata rore non Achaïco turba.*

Sic bene Scaliger & Turnebus emendant, hoc est, Rhetores La-  
 tini, qui loquaces tantum estis, sed expertes & rudes veræ illius  
 Atticæ eloquentiæ. Εἰς τὸν αὐτὸν hic pro melle poni rectissime  
 Scholiastes notavit. Mel vero & nectar poetis sæpissime est elo-  
 quentia. Ovidio: *Nestea mella* Nestoris eloquentia. Antiquus  
 poeta:

*Cujus Cecropio pectora melle madent.*

Symmachus: *Affluebat enim multo melle facundia, quod ave-  
 ditum tecum doleo.* Licentius ad Augustinum:

*reputans quæ pectore in alto*

*Conceptum in lucem vomuisti nectareum mel.*

Varro Atacin:

*Pierio liquidam perfundis nectare mentem.*

Lucianus in libro quomodo scribenda historia fere eadem ra-  
 tione herbam, ex qua mel apes conficiunt, pro eloquentia po-  
 nit. Sed locus est corruptus, Εἴτε ὁ Θεοκύδης ζηλωτὴς ἀ-  
 κροῦσι τοῖς μεγάλαις ἀρχαῖς ἐν τῷ ἀρχαῖῳ, οἷς  
 ἐκείνῳ συντὸν ἰσχυρὸν ὀνόματι ἤξεσθαι, καὶ ἐν τῷ ἀρχαῖῳ  
 καὶ θυμῷ τῷ Ἀττικῷ ἀποπνεύσας. Interpretes sic reddunt: *Alter  
 summus Thucydidis imitator valde similis archetypo cum suo no-  
 mine principium ducit, ut ille festivissimum illud principiorum,  
 animumque Atticum spirans.* Profecto non minus festivi sunt  
 librarii simul & interpretes, qui exordio tribuunt animum

Atticum,

Atticum, quam historiographi, qui putabant se egregie referre Thucydidem, si nomen suum præponerent ipsi suæ historiæ, ut Thucydides. Lucianus scripsit: *χαριεστέρῳ ὀρχλῷ ἀπῶν, κὶ θυμῷ ἸἈττικῷ δ᾽ ἀπὸ πνέουσιν.* *elegantissimum omnium exordiorum, & thymum Atticum redolens.* Nihil certius. Quid thymo Attico decantatus, unde mel Hymettium? Plin. XXI, 2: *Mellis Attici summa laus in toto orbe existimatur. Ergo translatum est ex Attico thymum. Sed alia ratio natura obsistit non durante Attico thymo, nisi in afflatu maris.* Eubulus:

*Καὶ σίλφιον θυμὸν τε Ἴϋμητίων.*

*Silphium & thymum Hymettiorum.*

Sed de hac emendatione in nostris observationibus plura dicemus.

v. 91. *Εἰς ἡρόδωρον δ' αἶνὰ ἄστυ*] Legitur in aliis exemplaribus *αἶν' αἰγῶνα*, testante scholiorum auctore. quam lectionem superius asseruimus ad v. 312. *Ἀσπίδῳ*. Non tam per urbem cunctibus, quam in concionem venientibus Regibus hic cultus tribuebatur. Non quidem ignoro Reges olim urbes ingredientes divinis fuisse honoribus exceptos, inter aras, victimas, ardentisque tædas incessisse: sed antiquissimis illis Regibus, quorum regna finiebantur intra patriam, honores maximi in concionibus, ludis, & spectaculis præstabantur. Quis nescit etiam longe post in Græcia magna virtutis & doctrinæ præmia ac honores, si cui erant exhibendi, (de agonistis nunc non loquor) eos in sacris illis ludis fuisse exhibitos meritis?

v. 93. *Οἷα τοι μεσοίων*] Antiqua scholia legunt. *οἷα τε μεσοίων.*

v. 94. *Εἰς ἡδ' μεσοίων*] Non in illis ipsius scholiis solum; sed & in Didymi, ut volunt, expositionibus ad Homeri Iliad. α. v. 176. scribitur: *ἐν γὰρ τοι μεσοίων.*

v. 118. *Γαῖ' ὀρύστερῳ*] Interpretes: *tellus lato pectore prædita.* sed *ὀρύστερῳ* hic generaliter est *ὀρεῖα*. lata, late patens, quod perpetuum terræ epitheton, sicut & *ὀρυόδεια*, quod itidem inepte reddunt *terra latas vias habens.*

142. *Οἱ δὲ τὸ τε μὲν ἄλλα*] Crates delevit hunc versum, & pro illo supposuit istum:

*Οἱ δ' ἐξ ἀθανάτων θνητοὶ τρέφειν αὐδῆντες.*

causa hæc est. quia Cyclopes fuerint mortales, non dii, nec diis similes. inde postea ab Apolline interempti, teste Leucippo in Catalogo. Sed hæc vis est. Quasi non plures commemorentur in hoc libro, qui ex diis sati mortales tamen nati fuerint. Cyclopes autem diis similes erant robore & staturæ magnitudine, non immortalitate.

v. 146. Ἰχὺς τ' ἡδὲ βίη. καὶ μηχαναὶ Ἡΐων ἐν ἑργῶις] *Μηχαναὶ* sunt doli, fraudes, non *molimina*, ut interpretes. Hinc *μηχανάφρων* Euripidi est dolorum confutor. Plaut. *Machinari machinam*, dolum comminisci. Apud quem frequenter machina est fraus, fallacia.

v. 150. Ἀπ' ὤμων αἰσάοντο] Varie vertitur. optime, si quid video, *ab humeris prorumpebant*. Non Græci solum Hesiodi Interpretes, sed & nostræ ætatis viri docti nescio quas frivolas comminiscuntur rationes, cur his terræ filiis tribuantur centum manus. Mihi exploratum est hoc commento nihil aliud significasse veteres quam hominum illorum violentiam, ferocitatem, & injustitiam. Erant *χειροδίκαι*, nihil divini humanique pensu habebant, omnia vi & manu agebant; omne eorum jus & opes in armis sitæ erant. Χεῖρες, ut Latinis *manus* est vis, ut supra notatum. Tales fuisse illos gigantes, qui ante diluvium *καθολικόν* commemorantur à Mose, non tam corporis stupenda mole, quam ferocitate, superbia, violentia, injustitia insignes, Gennadius, Theodoretus, Johannes Damascenus, pluresque alii docent. Tot manibus, ut solent semper fabularum læta esse incrementa, postea etiam tot affinxerunt capita. Vide Heraclitum *Ὡς αἰ πῖνον* cap. 11.

v. 155. Σφετέρῳ δ' ἡχθοντο πατρὶ] Non assecuti sunt sensum poetæ; qui reddiderunt: *suo vero infensi erant parenti*; cum velit: *à suo infestabantur parente*. quia fata cecinerant filios cum regno exuturos, hinc infestus erat liberis. Hi vero non ante succensuerunt parenti, quam à Tellure matre certiores essent facti facinoris, quod in eos cœtus moliebatur. *ἔχθονται* est *μισῶμαι*. Homer. *Ὀδυσσ. 5.*

Ἡχθοντο πατρὶ θεοῖσι,  
*infestabatur ab omnibus diis*, invisus erat omnibus diis. quod recte

recte veteres Grammatici præcipiunt esse ab ἀχθομαι, non ἔχθομαι.

v. 160. Στεινομένη] Seleucus scribit: ἀχνομένη. Sed hoc ipsum est στεινομένη, ut in illo Poëtæ: στεινομένη νεκύεσσι, *dolens super mortuos*. In tristitia enim cor contrahitur & angitur. Inde Cicero tristitiam definit opinionem recentis mali præsentis, in quo demitti contrahique animo rectum esse videatur.

v. 176. Ἀμφὶ δὲ Γαίῃ Ἰμείρων φιλότῃ. ἐπίχρῃ] Vertunt: *Undique vero Telluri cupiens amorem imminabat*. Obscure, & parum Latine. Ἰμείρων φιλότῃ, est flagrans cupiditate consuescendi, concubitus. Φιλότης enim συνουσία, ut millies apud nostrum & Homerum.

## CAPUT XXIII.

Hesiodus sæpius emendatus ut & Hyginus & Apollodorus: Μοταχρόν. Νύξ. Ζόρ. Ἀεμοί cur Syri antiquis Græcis scriptoribus sint dicti. χαλκισόρωνος. λύχς εἰδέα.

v. 188. ΜΗΨΑ Θ' ὡς τὸ πρῶτον δ' ἀπὸ μῆξας, ἀδάμαντον  
Κά' ἔσ' αὖλ' ἐπ' Ἡ' πείροιο] Assentior Comelino, aliisque scribentibus: ἀδάμαντι. Falx enim non abjiciebatur, & in ponto ferebatur, ut vulgata lectio & versio præ se fert, sed natura cœli. Interpunge:

Μῆδ' αὖθ' ὡς τὸ πρῶτον δ' ἀπὸ μῆξας ἀδάμαντι,

Κά' ἔσ' αὖλ' ἐπ' Ἡ' πείροιο,

hoc sensu:

*Testesque, postquam ut prius (scilicet dictum) refecit ferro,  
Projecit in Epirum.*

v. 227. Ἀῆθ' ὡς π, Λοιμὸν π] Scribe: Λιμὸν ex Diacono, & veterum scholiorum auctore, quos non inspexit Comelinus, cum pro Ἀῆθ' ὡς olim λιμὸν scriptum fuisse tradat. Ἀῆθ' ὡς omnes agnoscunt, non vero λοιμὸν.

v. 245. Κυμοθήη, Σπειώ π' ὁρῶσα, Θάλῃ τ' ἐρόεσσα] Pro Κυμοθήη corrupte apud Hygiaum legitur *Cymothæa*. Θεῇ vero non est epitheton, sed nomen Nereidis, uti ex antiquis scholiis apparet: Θεῇ ἡ περὶ τῆς. Hygin. *Nesæa, Spio, Thoë*. Apud au-

ctorem tamen bibliothecæ, qui Apollodorus esse dicitur, hæc Nympha omiſſa eſt, ut aliæ plures: ſicut contra leguntur ibi alia Nympharum nomina, quæ nec hic nec apud Hyginum extant. Noſtræ lectioni non obſtat, quod copula deſideretur. Deſideratur & v. 250:

Καὶ Πρωτομίδεια,

Δωρίς, καὶ Πανόπη, καὶ Διδώτης Γαλατεία.

Inferius v. 340:

Φαόντι π', Ρ' ἦσαν τ', Ἀχελώϊον δ' ἄρχυροδίνω.

Iſtam lectionem poſtulat quoque numerus Nympharum. Si enim hanc expungas erunt tantum novem & quadraginta.

v. 245. Μελίτη] Apollodorus ſuppoſititiuſ: Μελίτη. pro Εὐλυμένη vitioſe Hyginus Clymene. Jam antea enim huius Nereidis meminerat. bis enim illud nomen occurrit in indice illo Nereidum Hygini.

v. 247. Εὐνείκη] Melius apud Apollod. Εὐνίκη. corrupte apud Hygin. *Enrydice*, quæ nullum inter has marinas Nymphas locum habet.

v. 248. Πρωτο] Atqui hæc ſuperius v. 243 fuit commemorata. Certum igitur aut hic aut ibi hoc nomen eſſe corruptum. forſan legendum Κρυώ, quod Nereidis nomen apud auctorem bibliothecæ.

v. 249. Πρωτομίδεια] Apollodorus, Πρωτομίδεα.

v. 255. Ηΐόνη] Sic & legendum apud Apollodorum, ubi male Ηΐόνη. pro Γλαυκηγόμη, idem auctor Γλαυκηγόνη.

v. 256. Ποσειδονία] Reſtitue hoc nomen Hygino, ubi male legitur Ρανορεα. Panopes paulo ante meminuit, quamvis corrupte vulgo legatur in editis Ρανορε.

v. 258. Παλυνόμη] Apollodorus Παλυνή. pro Λυσισανία mendoſe Hygin. *Alamiffa*.

v. 261. Εὐπέμνη] Apollod. Εὐμόλπη, & pro Προνή male Πιόνη. Et v. ſeq. pro Νημερτὴς vitioſe apud eundem ſcribitur: Νιόμητας. Hygin. *Nimertis*.

v. 269. Μιτράχρηται ὅδ' ἰακόν] hoc eſt, ſublimes ſeruntur, volant. Interpretes: in cælo enim degentes volitant. Ergo Harpyiæ

pyiæ in cœlo habitant? Μισζζρονι⊕ est μίλιον⊕. Apollonius Argonaut. II, 539:

Υψὲ δὲ μισζζρονίη πτόρητο,  
in alto autem sublimis ferebatur. Et lib. IV, 952 de pila: καὶ ἰς  
ἡέρα πίμπει ὑψὲς μισζζρονίω. ⊕ in aerem projicit alte sublimem.  
Scholia ad priorem locum. Τὸ μισζζρονίη σημαίνει τὴν μίλιον.

v. 270. Γεγάτας τίς κελλιπάρης] Quomodo Grææ sunt  
κελλιπάρησι cum sint canæ natæ, unde & γεγάτας dicuntur. Γεγάτας  
enim est vetula. Scribendum omnino κελλιπάρη⊕, ut sit Cetus  
epitheton, quod & superius versu 238 ei tribuitur. ubi tamen  
male scribitur κητώ, quamvis & apud Hyginum Cetho sit. Hunc  
locum sic emendandum esse vidit olim Seleucus apud scholio-  
rum confarcinatorem, cujus auctoritas hic non fuit respuenda.  
Verba scholiorum adscribam ut corrigi debent, in editis enim  
sunt corrupta. Φόρυξ] Φόρυξ ἡ ἐπιφορεὶ τῶν ὑδάτων. Κητὸν  
δὲ βάθος. Γεγάτας ὅτι ἀφρόν. ἄμεινον ὅτι γεγάθει κελλιπάρη⊕,  
ὡς ἢ ἐπὶ Κητῶς τὸ ἐπίθεται.

v. 271. Πρὸς νοκτὶ] hoc est πρὸς δύσιν, ad occasum, quia  
ibi solem oceano mergi, & noctem oriri credebant. Apud  
Homerum tamen ζέφ⊕ est septentrio, secundum Aristarchi &  
Strabonis sententiam, quem vide lib. X, & Merici Casauboni  
V. CL. diatriben de nupera Homeri editione. Versu præcedente  
mirum cur interpretes omiserint πίπλω, qua ratione multos in  
fraudem deduxerunt, qui hac versione persuasi crediderunt He-  
siodum Gorgonum sedem locasse in Africa. Verum ego nullus  
dubito quin significaverit Gorgades insulas, quæ sitæ sunt con-  
tra Εἰσέρεος κέρας olim, nunc caput viride dictum. Ex enim à  
Gorgonibus nomen hoc acceperunt, quod illas coluisse feran-  
tur hæ puellæ. iis etiam vicinæ sunt Hesperides. de quibus vide  
ante v. 215.

v. 283. Οὐ δὲ ἀρεζέουσι] Noli credere Latinis interpreti-  
bus, qui hic denuo sensum auctoris non perspexerunt, cum ver-  
tunt: *caterum hic ensẽ aureum tenebat manibus charis*, quasi  
ad Pegasus pertineret. Atqui de Chrysaore loquitur, cujus no-  
minis reddit rationem, sicut in præcedente versu Pegasi. inde  
opponitur τῷ μῦθῳ, ὃ δὲ. Pegasus dictus quod ad πηγάς oceani na-

tus sit, *χευσπίης*, quod manibus teneret, cum ederetur, *χευ-  
σποι ἄρ.*

v. 304. *Εἰν Ἀείμυσι.*] *Apud Syros.* Græci magistri temere hic affirmant *Ἀείμυ* montes esse Ciliciæ & Lydiæ. Arimi enim Homero & antiquissimis Poëtis Syri dicuntur. Strabo sine lib. XVI: *Λέγεται τὰς Ἀείμυς ὁ ποιητὴς, ὃς φασιν ὁ Ποσειδώνιος δὲ χαλὰς δεῖν μὴ τίποι πιναι τὸ Συρίας, καὶ τὸ Κιλικίας, ὃ ἀλλης πιναι γῆς, ἀλλὰ καὶ τὴν Συρίαν αὐτῶν.* *Nominat etiam Arimos Homerus, quos Posidonius docet accipiendos non locum aliquem Syria, vel Cilicia, vel alius terra: sed Syriam ipsam.* *Fe-rebatur autem Typhoeus occisus esse in Syria ad Orontem fluvium, qui propterea Typhon dictus est. Idem scriptor eodem loco: Ὁρέτης τὸ ὄνομα δὲ τὸ γαφυρώσει αὐτὸν Ὁρόντα μετρίλας, καλέμεν ὡς τὸν Τυφῶν. Μυθολογία δ' ἐν ταῦτά περὶ τοῦ τὸ κραυγῶσι τὸ Τυφῶν, καὶ τὰς Ἀείμυς. Οροντες enim prius Typhon dicebatur mutato nomine ab illo qui in eo pontem fecit, Orontes est appellatus. Hinc loco Typhonis fulmine isti fabulam affingunt & Arimos.* Alii tamen & plerique Latini Poëta insulam Campaniæ littoribus adversam *Inarimen*, quæ & *Ænaria* dicitur, Typhonis antro adsignant decepti similitudine vocis. Ut vero recte docuit Strabo *Ἀείμυς* esse Syros, sic docere non potuit, cur olim Syri dicti sint *Ἀείμυς*, & quæ sit hujus appellationis causa. perabsurda enim sunt quæ de illa prodidit. Hoc vero nuper admodum didicimus à Viro Maximo, Samuele Bocharo, qui in *Geographia sacra* ostendit hoc nomen antiquissimos Græcos accepisse ab Hebræis, quibus Syria dicitur *Aram* à conditore suo *Aramo* Semi filio. Inde *Bethuel* & *Laban* *Aramæi* Genes. XXV. & Syriæ regionibus *Aram* præponitur. *Aram Nabarajim*, Syria duorum fluviorum apud sacros scriptores est *Mesopotamia*. *Aram Damásceck*, Syria *Damascena*. vide ipsum lib. II, cap. 5, & 6.

v. 310. *Χαλκίοφων.*] hoc est *magna voce*. interpretes: *apud voce*. Hesych. *χαλκίοφων*, *ἰχυρόφων*. Stentori Homerustribuit. Superius in *Ἀωνίδι* v. 243: *χαλκίαν ὀξύ βόαν.* *Vehementer acute clamabant.* *Homerus:*

Οἱ δ' ὡς ἐν αἰὸς ὅππαι χαλκίαν αἰακίδαο.

*Hi vero ut audierunt vocem magnam Achillis. vide quæ de hoc loco notavit Porphyrius Quæstione VI ad Hom. Virgilio eadem translatione: vox ferrea, Lucretio, vox ærea.*

v. 312. *Λύχ' εἰδῆσαν*] Poëticum dicendi genus pro *λυγρῶν*, *ἐλθῆσαν*, perniciosam. superius in *ἔργῳ*, *πρὸς μὲν δὲ εἰδὼς*, prudens. Nec abhorret longe ab hoc illud quod notavimus in *Λαοῖς*, *ἀδύκῃ* *ῥεῖντες*, pro *ἀδύκῃ*.

C A P U T XXIV.

Vetus lectio reposta in Hesiodo. *Φίχ' ἐλοῦν. Φίκιον. Picati. βοῶντες.* Hesychius emendatus, & Dracontius. *βύπαις.* Catulaster. Hesiodo medela. *Ἀργύρης ζεύς.* Hesiodus emendatur, & alio loco exponitur. *Γλαυκῇ.*

v. 326.  $\Sigma$  *Φίχ' ἐλοῦν*] Reposui veterem lectionem ex antiquorum scholiorum auctore. qui legit *Φίχ' ἐλοῦν*, & explicat *σφίγχα ἐλοῦν*. addit porro Bzotos dixisse *Φίχα*, unde *φίκιον* locus ubi sphinx ætatem egerit. Huic Euripidis Scholiastes adstipulatur in Phænissis, qui tradit *φίκιον ὄρεα* a sphinge dictum esse, ipsamque a Bzotis vocatam *φίχα*. Hinc & Latinis picati dicti, quorum pedes formam sphingum habebant. Festus: *Picasi appellantur quidam, quorum pedes formati sunt in speciem sphingum, quod eas Dorii phicas vocant.* Sic *φίκιον πῆμα* phiceum monstrum dicitur sphinx apud Lycophronem Cassandra, v. 1463. *Φίκιον* vero est mons Bzotiz, cuius meminit in *Ἀσπίδι*, v. 31:

*τάχα δ' ἔξ' ἐξ' τυφάονιον, τὸν αὖτις*

*Φίκιον ἀπερὸν ὡς στήθεσσις μητίσσε Ζόεις.*

Celeriter pervenit in Typhaonium, unde rursus ad Phicium summum accessit sapiens Jupiter. Stephanus de Urbibus: *Φίκιον ὄρεα Βοιωτίας καὶ Ἀφ' ἀφ' ὧν, & Ἀφ' βροχίως τε.* vide & Plutarchum in libello, quod bruta ratione utantur. Æoles postea præposuerunt σ, sicut pro *φάζω*, *σφάζω*, pro *μέρδω*, *σμέρδω*, pro *μῦς*, *σμῦς*, sic & pro *φίκιον*, *σφίκιον*. Sic enim ille mons appellatur apud Palæphatum in MSS. in editionibus perperam *σφίχων* scribitur.



v. 330. Ἐλεφαίρε[ς] Bene Grammatici, ἑλεαπ[ι]ν. Hefych. ἑλεφ[αν]ταίρε[ς], βλάψας.

v. 352. Πασίθῃ] In nonnullis codicibus extitit πασιθῃ, ut veteres testantur.

v. 355. Πλευπ[ι] βωπ[ι]ς] Turpissime interpretes: *Pluto bovinis oculis*. Vel pueri norunt. βωπ[ι]ς esse magnos oculos habens. Omnia enim magna Græci βόεια vocant, ut & prisca Latini. Hinc elephantem dixerunt *bovem Lucan.* Sic Græci βέπαινα apud Hefych. βέλιμ[ος] apud Erasistratum est μέγας λιμός, *magna fames*. βεζαί[ος], μεζάλαυχ[ος] iactator: βέπαις, quod legitur apud Alciphronem ep. 62, est μέγας παῖς puer a-dultior. Hefych. βέπαις, τίς μέγας, ἀφ᾽ ἧλιξ, μέγας παῖς ἢ ἰχθύς, scribe ἰχυρός. Glossæ veteres: *catulaster βέπαις*. Aliæ δρεπίαις *catulaster*. quæ vox Dracontio restituenda. In lib. II, v. 191 in editis legitur:

*Non catulastra gerit puerilia, non puer audet*

*Attrectare tener Martia tela manus.*

legendum: *Non catulastra agit puerilia*. Loquitur ibi de variis hominum pro distincta ætatis ratione studiis. Catulastra autem sunt pueri grandiores, qui incipiunt *catulire*, hoc est ad venerem incitari. inde & Catullinomen. Oculi vero magni inter præcipua pulchritudinis τιμήματα. Liban. Progymnas. Ὅμηρος ἐνδείξασθαι βυλόμην ὡς εἶπεν ὀφθαλμοῖς τῇ Ἥρᾳ καλοῖται μεγάλοι π[ο]τε, βωπ[ι]ν αὐτῶν ἐκάλεισι. *Homerus ostendere volens quod oculi Junonis magni essent & pulchri, bovinos oculos eam habere dixit.*

v. 375. Κεῖν δ' Εὐρυβίη τέκιν] Sic & interpretes: *Crio autem Eurybia peperit*. Igitur Crio est fœmina, Eurybia vero mas? Attamen superius Hesiodus ostendit Eurybiam esse filiam Ponti. Quid tricamur? legendum: Κεῖν δ' Εὐρυβίη τέκιν. vidit hoc etiam Comelinus, nisi quod pro Κεῖν male scribat Κεῖα. Sed Κεῖ[ος] dicitur & Apollodoro, & scholiis antiquis, & Euripidis interpreti.

v. 379. Ἀερίτω Ζεφύρον] Ἀερίτης hic non est Caurus, sed Zephyri ἐπίθετον. Inferius v. 870:

Νόσφι Νότῃ, Βόρειω π[ο]τε, καὶ δ' Ἀερίτω Ζεφύροιο.

*Præter*

*Præter Notum & Boream, & celerem Zephyrum.*

Homerus Iliad. λ, v. 307 :

Ἀργάεο Νότιο βαθείη λαίλαπι τύπῳ.

*Celeris Noti vehementer procella verberans.*

Scholia antiqua ad hunc locum Hesiodi: Ἀργάεω τ' ὄξυν κ' παχυῶν, ἐκ παλαιῶν εἶπ. Hesych. Ἀργάεο Νότιο. Ἐλεγχόμεν λελυμένοι. πνέει καλῶς. Ὅμηρος γὰρ τίσασθαι οἶδεν ἀνέμους. ἔστι γὰρ παλαιόν. Sed quam Hesychius damnat expositionem, eam probat Strabo lib. I. quem vide.

v. 417. Ἐρδων ἱερά κ' νόμον] est sacra faciens secundum patrios mores & consuetudinem, ut in Carminibus aureis, quæ Pythagoræ adscribuntur :

Ἀθανάτης μὲν πρῶτα θεὸς νόμον οἷς δέοικται,

τίμῃ.

*Immortales quidem Deos primo secundum patriæ consuetudinem, Venerare. κ' πάτρια* dixit Porphyrius loco supra laudato.

v. 430. Ἐν τ' ἀγρῇ λαοῖσι μετὰ τέλει, ἥ κ' ἐθέλησιν] Sic legunt editiones recentiores, & vertunt : *Inque concione inter homines eminet, quæ scilicet voluerit.* Heinsii editio major: ὦν κ' ἐθέλησιν, interp. *quorum scilicet vult.* Sed utraque lectio non est unius assis. Quem enim commodum sensum inde conficeres? Reponenda est veterum librorum & editionum lectio, quam temere commutavit Comelinus, ut ex notis ejus editioni præfixis videre est: *Hic pro ἐν*, inquit, *reposuimus ἐν τ'*, & *pro ὦν κ' ὦν κ'.* Sed ὦν κ' non erat de sua sede deturbandum. Subintelligitur enim μετὰ τέλει. Sensus est, in concione inter homines excellit quemcunque voluerit excellere Hecate. Ejusdem sententiæ versus est in initio Ἐργων, quod me docuit Vir summi ingenii & eruditionis Johannes Fridericus Gronovius, cui quantum debeant hæ reconditæ literæ nemo ignorat nisi barbarus, & omnis humanitatis expertus :

Ὅν τι δὲ βροτοῖς ἀνδρες ὁμῶς ἀφάθει τι φάθει τι.

Ἐν τοῖς τ' ἀγροῖς τε Διὸς μεγάλοιο ἔκηλ.

*Per quem mortales homines pariter sunt obscuri clarique. Nobiles ignobilesque sunt Jovis magna voluntate.* Sic hic locus ex sententia doctoris nostri est interpungendus. Διὸς μεγάλοιο ἔκηλ, idem

idem est quod hic dixit ὃν κ' ἐθέλησι. Jupiter nobiles & ignobiles, claros & obscuros facit, quos vult. Omnia nunc sunt liquida, discussæ omnes tenebræ, quæ viros doctos exercuerunt, qui prava distinctione inducti sibi persuaserunt, Διὸς μετὰλοιπ' ἐκπλ' abundare, & ominis causa tantum esse appositum, quia nihil sit quo referatur. Sed nunc quo referatur nemo non videt.

v. 440. Οἱ γλαυκὴν δυσπήμελον ἐρμάζονται] Γλαυκὴ simpliciter est mare, Latinis *carula*. Virgil. *carula venturæ*. Interpretes: *glaucaum mare*.

## CAPUT XXV.

Hesiodus emendatur & ejus antiquus scholiastes. Αἰγᾶιον ὄρος. Γεῖον πύργα. Ἰσθμὸς πύργα. Κύβη. Stephanus emendatus. Γύαλα παρυσός. Mos veterum in deorum statuis, templis, aris ornandis lana. Cur Homerum Plato e republica sua ablegans voluerit ornari lana. Locus Hesiodi ex conjectura emendatus. Παριλθεῖν. Chaos. Hesiodus interpunctione emendatus. Εἴπων. Lucianus correctus. Ὠγίγη. Εἴργματα ἔχον. Hesiodus emendatus & antiqua scholia. Μαψαῦραι. Horæ pulchritudinis prætides. Ωραία. ὠραῖ. Χρυσάμπυκας. Ἄμπυξ. Ἀνέδυμα. Mitæ sunt fasciæ, & barbararum mulierum cultus. Στραίνα. Vetus lectio Hesiodi restituta. Εἰρηκώδιμ. Ἀρεσδίτη νύχ. Vetus lectio Hesiodi restituta.

v. 485. **A**'Ργείω ἐν ὄρει] In Cappadocia mons Argæus est, cujus meminit Claudianus, Plinius, alii. In Creta autem frustra quæras montem hoc nomine. Nullus enim in illa reperitur. Itaque in animum induxi meum jam dudum reddendam esse poetæ lectionem veram, quam servavit παλαιῶν χαλιῶν scriptor. Is legit: Αἰγᾶιον ἐν ὄρει. aitque sic Cretam dictam olim a capra Olenia Jovis nutrice quasi Capræ montem. Αἰγᾶιον ἐν ὄρει] Σημείωσαι ὅτι καὶ ἔστ' αἰγίοχον ἐκάλεισεν τὸ Διὰ, ἐπεὶ αἶγα ἐθέλησεν. ἀφ' ἧς καὶ Κρήτη αἰγὸς ὄρος καλεῖται, καὶ Αἰγείον ἵπ' εὐρίων τὸ Ἰδαῖον καλεῖσθαι. Ὅτι ὁ Ὠρεὶς ἐκ τῆς ὀρέας αἰγίοχον αὐτῶν ἐκάλεισεν. Nota quod & iste (nimirum Hesiodus) *Ægiobum* dixit *Jovem*, quia *capra ubera suxit*. A qua etiam *Creta* appellatur *Capra mons*. & a nonnullis Αἰγᾶιον dicitur *mons Ida*. *Homerus* ab ejus armatura *agide* ipsum *Ægiobum* dixit. Sic hic locus est restituendus, qui flagitiose corruptus

ptus est in editionibus. Mons *Ægæus* est is ipse qui a Ptolemæo vocatur *ἱερὰ πίτνα*. inde sancta rupes dicta, quia in illius antro credebatur custoditus & enutritus fuisse Jupiter. Erat collis *Idæ*, qui postea ab urbe in illa posita appellabatur *Pytna*, & urbs *ἱερὰ Πύτνια*, quod cognomen ei adhæsit a colle. Strabo lib. X: *Τῆς δὲ Ἰδῆς λόφος Πύτνια, ἀφ' ἧς ἱερὰ Πύτνια ἢ πόλις. Pytna Ida collis, unde urbs Hiera pytna.* Male in Dione lib. XXXVI: *ἱερὰ πύθια* scribitur. quod & nuper animadvertit Vir insignis ingenii & doctrinæ Ezechiel Spanhemius in eruditissima dissertatione de præstantia & usu Numismatum antiquorum. Hinc vides cur nonnulli Jovis incunabula ponant in monte *Ida*. Stephanus de Urbibus non collem, sed campum dicit. *Ἔστι καὶ Αἰγαῖον πεδῖον συνάπθον τῇ Κίρρᾳ ὡς Ἡσίοδος. λέγεται ὡς αἶγα πότε φερομένη ἀπὸ τῆς αἰγῆς τὸ Πύθιον ὄρος, ἀφ' ἧς καὶ τὸ πεδῖον Αἰγαῖον.* Est & *Ægeus campus annexus Cirrha*, ut apud Hesiodum. dicitur vero a capra, quæ olim venit a monte ad *Pythium*, a quo & campus *Ægeus*. Nullum est dubium; quin hunc locum respexit *ἱερὰ πύθια*. Campus *Ægeus* late patuit ut & *Pythium* & *Gortyna* in illo fuerit sita. Hinc Strabo *Gortynam* in campo sedere ait. Hic vero est ille campus *Ægeus*. imo totam insulam olim *αἰγαῖον* fuisse appellatam ex Scholiaste modo accepimus. Sed quænam illa *Cirrha* cui fuit adlatus *Ægeus* campus? Sane *Cirrha* in *Creta* nulla est. legendum *Κύβρα* quæ eadem est quæ *Pytna*. Stephanus: *ἱερὰ Πύτνια, πόλις Κρήτης ἢ αἰγῆς περὶ Κύβρα, εἶπε Πύτνια, εἶπε Κάμιρος, εἶθ' ὕτως ἱερὰ Πύτνια.* *Hiera Pytna urbs Creta, quæ prius Cybra, postea Pytna, deinde Camiros, deinceps Hiera Pytna.* Non est quod nobis scrupulum injiciant *Lyctii*, ad quos a *Rhea* delatum esse Jovem paulo ante Hesiodus cecinerat: cum ii satis longe a *Pytna*, seu monte *Ægæo* ab sint. Verum non urbs intelligitur *Lyctus*, sed populus *Lyctius*, sub quorum ditione tum fuit & mons & campus *Ægeus*. *Lyctios* enim magnis opibus aliquando floruisse Strabo dicto loco ostendit. Male *Hiera* *petra* in mappis Ptolemæi littoribus maris *Carpathii* apposita est, non longe distans a *Dicta*, cum sit collis *Idæ*.

v. 499. *Γυνά λεις ὑπὸ Παρθενόισι.*] Interpretes: in jugis *Par-*  
nassi.

*nassi.* Sed *γυάλα* potius sunt valles *κηλιώματα*, quam juga. Apud Euripid. *γυάλα κερποφόρα*, *valles frugiferi*. Hoc loco intelligit anfractum illum rupis Parnassi & planitiem in qua urbs & templum Delphicum. de qua Strabo lib. XI, & Justin. lib. XXIV. In templi enim *ἀναθήμασι* longe post fuisse istum *βαίτυλον* testatur Pausanias in Phocicis: *Ἐπαινατοῖν δὲ δὲ τὸ ἔμνημα ἔστι, λιθὸν ἔστιν ἑ μέγας, τέτυκτο ἔλασιον ὁσημέραι κερχάσι, ἔκ τῃ ἰορτυῶ ἐκαστὴν ἔλα ἐπιλήθιασι δῶρα. Ἐστὶ δὲ καὶ δόξα εἰς αὐτὸν δεῖναι Κρόνον τὸ λίθον ἀντὶ τῷ πατρὶ καὶ ὡς αὐτοῖς ἤμεσιν αὐτὸν ὁ Κρόνος.* Ab eo monimento cum rursus adscendere inceperis lapidem videas modice magnum. Hunc quotidie oleo perfundunt, singulisque festis lanam in eo ponunt rudem. Fama autem tenet esse illum ipsum lapidem, qui datus fuerit Saturno pro puero, quemque postea rursus evomuerit. Lana ornabatur hic lapis diebus festis, quoniam omnia quæ maxima sacra erant, & divino vellent honore affici, ungebantur, & lana, lancisque tæniis ac coronis ornabantur. Arborem sacram Arnob. lib. V lanarum velleribus colligatam ac circumvolutam dixit. Et Plutarchus in Theseo ramum ex olea sacra decerptum *ἐλαῖον λευκὸν κατεστειμμένον*, lana alba recinctum fuisse ait. Sic solebant lares lana cingi, & fores ac aræ templorum, cum rem sacram die solemnī essent facturi, vittis lancis ornari. Propert. IV, 6:

*Costum molle date, & blandi mihi thuris honores*

*Terque focum circa laneus orbis eat.*

Hinc intelligimus cur Plato, ubi Homerum e sua republica in aliam civitatem dimittendum esse censet, cum jubeat unctum & lana coronatum educi. *Ἀποπέμπειν δὲ αὐτὸν, inquit, εἰς ἄλλαν πόλιν, μῦρον καὶ τῆς κεφαλῆς κερχάχοντες καὶ ἐλαῖον στεφανοῖς. Dimittamus eum in aliam urbem unguento caput ejus perfundentes, & lana coronantes.* Amandari quidem volebat Homerum e sua civitate, ne qua opinio sequior de Deo civibus suis, qui fabularum mysteria non intelligebant, per imprudentiam ex ejus cantibus affricaretur; sed volebat eum dimitti non tanquam hominem scelestum, & infamem, sed tanquam hominem divinum, dignumque qui ad instar Dei ungeretur, & lana coronaretur, hoc est divinis afficeretur honoribus. Diis enim &

rebus

rebus sacerrimis hic honos habebatur. Homerum enim Plato unus omnium maximi faciebat, & ob artis divinitatem mirifice celebrabat, ejusque sententiis utebatur frequenter ad docendum, verbis vero & loquendi generibus ad dictionem exponendam. Hæc est vera ratio curungi & ἐείη voluerit coronari Homerum Philosophus: non quod tanquam exul & civiliter mortuus fuerit ejectus, quia mortui ungebantur: nec propter poetarum mollitiem, quam lanea corona significaverit, ut hercle Musarum & Platonis ingratiis docuit Andreas Schottus Notorum Ciceronianorum lib. III, cap. 12.

v. 532. Ταῦτ' ἄρα αἰζέειμι] Ellipsis, quam hic fingunt interpretes, male convenit cum genio auctoris & ipsius linguæ Græcæ. Quis enim dicat ταῦτα αἰζέειμι, pro propter hæc venerari, ut illi volunt? Locus est contaminatus, qui sic puto emaculabitur, si legas: Ταῦτ' ἄρα φεαζέειμι, hæc quidem maliens. φ aut vetustate temporis, aut alio vitio exoletum, aut negligentia descriptorum intercudit, inde εα a præcedente syllaba αρα est absorptum, quod frequentissime in veterum libris contigisse nemo nescit paulo modo humanior.

v. 612. Παρίσθῃ] est effugere, vitare Dei consilia, decreta. Nam *qua fato manent, quamvis significata non vitantur*, ut Tacitus ait. Homer. Iliad. α, v. 134:

Μήδ' ἔτις ἀγὰρ ὅς περ ἰών, θεοί κ' ἄλ' Ἀχαιῶν

Κλέπτε νόμ', ἐπεὶ εἰς ὤφελός σ' ἐσσι, εἰ δέ μ' ἐπείσῃς.

*Ne sic, quamvis fortis sis, divine Achilles, dolose agas, quoniam non effugies, neque mihi persuadebis. εἰς ὤφελός σ' ἐσσι*, scilicet quæ decrevi facere.

v. 700. Καῦμα δὲ θεοί σ' ἤρπασαν καὶ] incendium ingens corripuit inferorum sedes. Sicut Paulo ante de clamore:

Ἐρως δὲ ἦεν βαρὺν

Τάραρον ἠρώωντα, ποδῶν αἰπεία τ' ἰνῇ.

*Concussio vero gravis venit ad Tartarum caliginosum, & pedum magnus fragor.* Chaos sæpe est inferorum domicilium: Plutarchus sane καὶ, αἰδω, ἑφθίω, ἔριον exponit. Orpheus apud Ovidium X Metamorph. ad Plutonem & Proserpinam:

*Per ego hac plena timoris,*

*Per chaos hoc ingens, vastique silentia regni oro.*

Statius:

*Qui nunquam sospite nato*

*Triste chaos, mæstique situs patiere sepulchri.*

posses etiam aërem interpretari. Aristophanes in Avibus:

Διὰ τὴ πόλειος τὴ ἀπολείας, καὶ τὴ χάρις

Τῶν μηρίων τὴν κύσσαν ἢ ἀσφορίσσις.

*Per urbem alienam & chaos femorum nidorem non transferetis.*

Ubi Suidas & alii veteres magistri χάρις exponunt aërem. Hinc & vetus interpres Luc. X V I, 26. illud μέγα χάρις, quod inter epulonem divitem & Lazarum erat *chaos magnum* interpretatur, hoc est, vastum inane, vastum intervallum quale est aër, sive, ut Tertullianus vertit, immensa distantia sublimitatis & profunditatis. Apud nostrum Poëtam inferius v. 740 locum Erebi vastum & immensum in quo Titanes servabantur χάρις μέγα dicit, quem postea v. 814 ait esse πύλω χάρις ζοφύροιο, ultra Chaos tenebricosum, hoc est, Erebum. Itaque magis probò priorem expositionem, & hoc nomine, quia de aëre paulo ante verba fecit:

Φλὸξ δ' ἡ τέρα δῖαν ἵκενεν ἀσπίδι.

*Flamma vero ad aërem divinum pervenit magna.* Sequentia tam obscure & inepte versa sunt, ut quid poëta velit ex versione ne OEdipus quidem intelligat. Verba Græca sunt:

εἰσαὶ δ' αἶθερ

Ὁ φθλαμοῖσιν ἰδεῖν, ἡ δ' ὕπαισι δόσαν ἀκῆσσι,

Αὐτὸς ὡς ὅτι γαῖα καὶ ὑπερὶ δόσαν ἀκῆσσι πύλω.

Sic interpungenda mihi videntur. Mens poëtæ est: *Simile autem videbatur atque si coram oculis quis adspiceret, atque auribus audiret, eodem modo ut cum terra & cælum latum superne appropinquabas.* Aërem, inquit, terram, pontum, Tartara corripiebat ignis fulminum a Jove missorum, tantusque fragor ex illo oriebatur incendio, ac si cælum ruere, sive terram cælo misceri videret & audiret.

v. 735. Εὐχόμενος γῆς] Apposite ad hunc locum Seneca Hercule furente:

*Sterilis*

*Sterilis profundus vastitas squallet soli,  
Et fœda tellus torpet aeterno situ,  
Rerumque mœstus finis, & mundi ultima:  
Immotus aer hæret: & pigro sedet  
Nox atra mundo.*

v. 768. Εἴπαιης Περσεφονείης] Est hoc proprium Proserpinæ epitheton. Homerus Iliad. 1.

Κικλήσκουσ' Ἀΐδῳ & ἑπαινῶ Περσεφόνειαν.  
Invocans Plutonem & terribilem Proserpinam. Proclus superius ad Εἴργα· Αἰνεῖν δὲ πῆν παραλείπειν παρτίλατον, ὥστε ἑπαινῶ Περσεφόνειαν. Restituenda hæc vox Luciani Necyomantix: Δαίμονας ὁμῶ πάντας ἐπιβοᾷτο, ποινὰς, καὶ Ἐρινύας, καὶ νυχίαν Ἐκάτην, καὶ αἰπηλὴν Περσεφόνειαν. Interpres vertit: *Damonas simul omnes inclamas, Pœnas, Erinnyes, Hecaten nocturnam, excelsam Proserpinam.* Fœdissime. lege: ἑπαινῶ Περσεφόνειαν. terribilem Proserpinam. Ποινὰν vero sunt Furæ.

v. 797. Ἀπολείψας] Bene antiqui Grammatici: ἀπονδῆς ποιήσας, libans. Libantes enim aliquid de pateris effundebant in mensas & aras. Sic & simplex λείβειν. Unde Latinorum libo, libum, libamen. Insaniunt qui hic dicunt ab ἀπολείπειν esse ἀπολείψας.

v. 806. Ὠγύγιον] Referendum est ad ὄρεον non ad ὕδωρ, & exponendum magnum. Ὠγύγιον enim est magnus. Hesych. Ὠγύγιον, παλαιόν, ὄρεαίον, μεγάλην πῆν. Stygem autem fuisse maximum Deorum jusjurandum alibi noster dixit, & res nota est.

v. 818. Οὗ χεῖρες μὲν ἔασιν] Nec hic mentem Poëtæ ceperunt, qui vertunt: *Cujus manus quidem sunt ob robur operibus aptæ.* Εργαζομένην est ἐργάζεσθαι. Hic est sensus: *Cujus manus quidem ob robur semper operantur.*

v. 851. Κρόνον ἀμφὶς ἴοντες] Circa Saturnum existentes. qui una cum illo in vincula sunt coniecti. Interpretes diverso plane & absurdo sensu: *A Saturno seorsim existentes.* Titanes Saturni fuerunt copix contra Jovem, a quo victi cum suo Imperatore deturbati sunt ad inferos.

v. 872. Μὰντ' αὐρα] Reddidi Hesiodo priscorum exemplarium



rium lectionem: Μαψαῦραι, quam probant Hesychius & scholia antiqua. Hæc: Μαψαῦραι κενεὴ καὶ μέγισται ποιεαί, οἷον καυκίας, θρασυκίας. Sic lege, illum vide.

v. 875. Ἄλλοτε δ' ἄλλαι ἄησι] Legendum ἄησι, quod Eo-lice dicitur pro ἄεισι. Et sic lectum olim fuisse Etymologici scriptor ostendit: Τὸ γ' ἔ' πληθυντικῶν, ἄησιν, Αἰωλικῶν πε-ροι. ἔρχω δ' ἄεισι, ὥστε ἰεῖσιν. Ἄλλοτε δ' ἄλλη ἄεισι. Male le-gitur ἄλλη in Etymologico. Hanc emendationem sequens Δι-σσιδινῶσι confirmat, & ἄησι ferre non posse declarat.

v. 903. Αἶτ' ἔργ' ὠραίεσι καὶ θνητοῖσι βροτοῖσι] Inscitæ in-terpretum insigne monumentum & hic locus est, dum vertunt: *Quæ opera matura faciunt mortalibus hominibus.* Loquitur de horis. Non quidem ignoro eas esse cœli janitricēs & ministras solis. Valer. Flacc. lib. I V:

*Sol auricomus cingentibus horis  
Multifidum jubar & bisseño sydere textam  
Loricam induitur.*

sed quis non videt aut alias plane esse has Hesiodi horas ab illis Homeri, aut alias partes eis dari a nostro Poëta, cui sunt pulchritudinis præsides. Quod & nomina illarum declarant. Quid enim magis res humanas pulchras reddit & florentes, quam Eunomia, Dice, & Irene, hoc est bonæ leges, Justitia & Pax. Hæ sane divæ non matura reddunt mortalium opera, sed or-nant, excolunt, nitorem & decus illis conciliant. Pind. Olym-pion. XIII de beata & omnium rerum copia affluente Corin-tho: Ἐν ταῖς δ' Εὐνομία καὶ Εἰρήνη, καὶ ὁμοῖαί τε, βάρηρον πολίων ἀσφαλὲς Δίκη, καὶ ὁμότροποι Εἰρήνη, τιμὴν Ἀνδράσι πλεῖστε, χρεῖσται παῖδες Διὸς ἔχουσιν. In hac (Corinθο) Eunomia habitat, sororesque, fundamenta urbium firma, Justitia, & iisdem moribus prædita pax, dispensatrices hominibus divitiarum, au-rea filia Themidis consularis bona. Hinc omnibus rebus or-nandis adhibentur Horæ. In ἑρῃς in Pandora comenda, v. 74:

Ἀμφὶ δὲ τὴν γὰρ  
Ὥραν καλλίμεγαν στέφανον ἄνθεσιν εἰαρομένοισι.  
*Ipsam porro Hora pulchram comam habentes coronant floribus  
vernis.*

vernīs. Theocritus de poculo pulcherrimo, & suavem exhālante odorem Idyll. I: v. 148.

Ἦνι δὲ τοι τὸ δέπας ἡῶται φίλον ὡς καλὸν ὄσδη.

Ὡρᾶν πεπλυνθᾶν ἐν ἐπὶ κρηναῖσι δηκασεῖς.

*En tibi poculum : contemplare, amice, quam suaviter olet, Horarum in fontibus ablutum dices.*

Hinc ὦρᾶ est pulchritudo. Ὡραῖος pulcher. Hesych: ὠραῖος ὠ-  
μερῶ. ὠτρεῶ, ὠχήμεν, ὠπεῖσιν. Theocr. Idyll. I,  
v. 109 Ὡραῖ Χάδωνις. *Formosus Adonis.* Ὡραῖον pulchrum  
reddo, decus & venustatem concilio. est vocula μηνῆς, sicut  
superius μετήχην, & plures aliæ. pro ὠραῖον frequentius legitur  
verbum paragogicum ὠραίζειν. Hesych. ὠραίζεται, καλλωπίζει-  
ται. ὠραῖο μὲν καλλωπισμένη. Quia vero ὠραῖος est pulcher, &  
homines in adolescentia & juventute sunt pulcherrimi. Hinc ὠ-  
ραῖος est ἀκμαῖον, in ætatis flore constitutus. In ἔργ. v. 695:

Ὡραῖος ᾧ γυναῖκα πὶν ποτὶ οἶκον ἄγας.

*In ætatis flore uxorem tuam in domum duc.*

Ὡραῖος est ἀκμαῖον ut bene exponit Scholiastes Theocriti ad  
Idyll. I, v. 109.

v. 916. Μῦσαι χρυσάμπυκες] Interpretes: *Muse aureis mi-  
tris revinctæ.* Præstat interpretari: *aureis reticulis ornate.* Ἀμ-  
πυξ est ἀνέδημα, τελεχέσμου, diadema, reticulum, fascia, qua  
mulierum coma redimitur. Homer. Iliad. X, v. 468:

Τῆλε δ' ἐπὶ κρατὸς χεῖρ δέσμευε στεφάνῳ,

Ἀμπυκα, κικεύφαλον τ' ἠδὲ πλεχτὴν ἀναδέσμευ.

*Longe autem a capite fudit splendidas fascias, reticulum, vit-  
tamque & implexum redimiculum.* Ubi breviora Scholia Didy-  
mi, ut credunt vulgo: Ἀμπυκα κέσμεν πινὰ ἀπὸ τῶν κεφαλῶν,  
ἀνέδημα τὰς τεύχας τ' κεφαλῆς. Hinc recte ab Hesychio expo-  
nitur ἀνάδημα. Anademata enim erant fasciæ crinales. sed &  
mitræ erant fasciæ, quibus coma religabatur. Hinc Judith. X  
μίτραν Castalio reddit fasciam. Verum mitris utebantur barba-  
ræ mulieres, & vetulæ, & meretrices: Ovid.

*Simulavit anum mitraque capillos*

*Presserat.*

Juven. Sat. III. v. 66: *Ite quibus grata est picta lupa barbara*  
*mitra.*

*mitra*. Plerumque vitio vertitur. itaque mitras tribui Musis  
οἱ χαλκίνοις non ferent. Barbaræ enim illæ mitræ a Græca-  
rum matronarum & puellarum reticulis fuerunt diversæ. Hæc  
Homero σίφαναι. Iliad. Σ, v. 567:

Καὶ ῥ' αἱ μὲν χαλκίνας σιφάνας ἔχον.

sed apud Pollucem lib. V, cap. 16 rectius legitur :

Τῶν δ' αἱ μὲν πλεικτίνας σιφάνας ἔχον.

*Harum hæc quidem plexas coronas habebant.* ut superius πλεικτὴν  
ἀνὰ δίσμην. Σιφάνας autem fuisse propria antiquarum Græca-  
rum mulierum ornamenta capitis ex Æliani Ποικίλ. Ἱστορ. lib. I,  
c. 18 cognoscimus: Πῶς δ' ἐδιέβριον ὑπὸ τρυφῆς αἱ πολλαὶ τῶν  
μαικῶν; Ἐπὶ μὲν γὰρ τῇ κεφαλῇ σιφάνῳ ἐπετίθεντο ὑψηλῶ. *Quis*  
*vero neget plexasque veteres mulieres luxu diffusisse?* Caput  
enim ornabant *alta fascia*. Sic verte. Erat enim σιφάνη limbus  
seu fascia alior caput seu aliud quid ambiens. Hinc & loricæ  
& minorum pinnæ σιφάναι dicuntur.

v. 925. Ἀγρεκύδιμον] Miror unde in recentiores editiones  
irrepperit hæc inepta lectio & vocabulum nihili, cum recte le-  
gatur in prima editione majore Heinsiana, Stephaniana, ac ple-  
risque aliis omnibus antiquioribus, ἐγρεκύδιμον, quod recte ex-  
ponunt antiqua Scholia πλὴν θύρουσιν ἐγείρουσαν. tumultus, turbas  
excitantem. quamvis in editionibus vitio librariorum omis-  
sum sit ἐγρεκύδιμον, & sola extet explicatio. Monuit etiam me  
de restituendo hoc eleganti vocabulo Thomas Reinesius, vir  
nunquam satis laudatus, præfatus extare id quoque apud Coin-  
tum lib. I, v. 178, ubi Eris dicitur Ἐγρεκύδιμον. Synonymum  
esse ἐγρέμαχον, ἐγρεσίμαχον. Ἐγρεσίμαχον Διόνυσον dixisse Non-  
num XIII Dionys.

v. 927. Ἐν φιλότῃ μιν γῆσα] Legendum est ἐν φιλότῃ μιν  
γῆσα, ut nuper ostendit mihi elegantissimus juvenis Cuperus ex  
Scholiaste Apollonii, qui ad Argonaut. I, v. 859. ἐν φιλότῃ est si-  
ne concubitu, ex se sola, sine consuetudine cum masculo.  
Nihil certius. Confirmat vetus Scholiastes Hesiodi: Πρῶτον  
ἔστ' ἢ Ἡΐαισιν ἐν μένῃς Ἡΐας εἶπε. διὸ καὶ τὸτο σήμειον. Ὁ  
δ' Ὀμηρὸς ἐν Διὶ καὶ Ἡΐας. *Primus iste Vulcanum ex sola Ju-  
none canit. ideoque & hoc nota. Homerus vero ex Jove & Venere.*

Et

Et Apollodorus I Bibliothec. Ηΐα ἢ χελὶς δ' ὧς ἐβλήθησεν Ηΐ-  
φαισιν. *Juno sine concubitu peperit Vulcanum.* Hinc & Apollo-  
nio dicitur Ηΐης υἱὸς Junonis filius non Jovis.

v. 934. Φόβον] Malo vertere *Terrorem*, quam cum inter-  
pretibus, *Timorem*. sequitur enim Δεῖμ' ὦ, Timor.

v. 991. Νηὶ πύλον ῥύχον] Archilochus emendat μύχον, qua-  
si agentem in Cypri recessu, qui a nullis possit adiri. Alii  
eamdem vim tribuunt τῷ ῥύχον, exponentes ἀφανῆ, λαθραῖον,  
occultam, quæ a nullo videatur: Sed propria vocis significatio  
retinenda. Pleraque enim sacra Veneris noctu celebrabantur.  
Inde *noctuvigila* dicitur Plauto. Idem Curcul. I, 3: v. 25, & 40.

*Quid tu Veneri pervigilare te novisti Phadrome?*

*Nam hoc quidem haut multo post lucebit.*

Pervigilia Veneris cui non nota? vide carmen elegans incerti  
auctoris quod inscribitur, Pervigilium Veneris.

Δόξα τῷ Θεῷ.

## Addenda & corrigenda.

P Ag. 7. versu 2. post: *vide Festum*. Dicuntur & homines  
ordinarii. Festus: *Ordinarium hominem Oppius ait dici so-  
litum scurram, & improbum, qui assidue in libris moraretur,  
ob eamque causam in ordine staret aduentium pretorem. At Æ-  
lius Stilo qui minime ordine viveret.*

Ibid. v. 21. post εἶχεν δέ. Sic apud nostrum inferius in  
hoc opere v. 209: Τῇ δ' εἶς, ἣ σ' αὖ ἐγὼ πρὸς ἄγω. *Huc vadis  
qua te duco.* h. e. εἶναι δέ, ire debes.

P. 14. post versum 4 εἴηται. v. 71. Περιγενὸν αἰδολὴν ἑκείαν]  
hoc est ἑκείαν παρθένα, similitudinem virginis, id est imaginem,  
statuam. Plin.  *fingere ex argilla similitudines.* Sic fere Latinis  
similis simpliciter pro simulacro, imagine accipitur. Juvena-  
lis: Sat. I I, v. 6. *Si quis Aristotelem similem vel Pittacon emit,*  
hoc est Aristotelis vel Pittaci imaginem: Multis exemplis de-  
clararunt docti viri ad Statium.

P. 14. v. 23: *Ἰοῦνις ἰgitur dona sunt rejicienda?* & sequ. vers. *Plutarchus in libello.*

P. 19. v. 21. pro *aurei* scribe *argentei*.

P. 21. v. 30. post: *neve nullius sis.* In Theogon. v. 410:

Ἡ γὰρ ἐστὶς μίχα δῶμα φίλῳ κελῆσθαι ἀνδρῶν.

*Duxit in amplam domum sua ut sit uxor.*

P. 23. v. 34. scribe: *possint.* & versu sequente: *illud.*

P. 27. v. 16. post: *afficere solet:* In Theogonia v. 402:

Ὡς ὃ λείοντι δύο ἀμφὶ κελῶντος ἐλάφοιο

Ἀλλ' ἄλλοις κητίοντι, ἐπὶ σφίεας ὀρμήσας.

*Ut autem leones duo pro occiso cervo sibi musuo irati in se ipsos impetum facere solent.* In Theogon. v. 750.

Ἡ μὲν κελῶν ἤσπεται, ἡ δὲ θυεσζεν ἔρχεται.

*Hac quidem intrabit, illa vero foras egreditur.* h. e. intrare solet.

In ἔργῳ v. 523:

Νυχὴ κατελίσσεται ἵνδοθεν οἶκον.

*Noctu cubare solet intra domum.*

Ibidem versu 23, post: *dirimere solet.* Et v. 370:

Πίσις δ' ἄρα ὁμῶς καὶ ἀπιστία ἄλισσαν ἀνδρας.

*Credulitas pariter ac diffidentia perdere solet homines.* Et v. 443:

Γ' εἴα δ' ἀφείλετο φαινομένην ἐξέλκεσθαι γ' θυμῷ.

*Facile vero auferre solet apparentem volens saltem animo.* Interpretes Latini: *abstulit.* Et v. 284: Ζῶς δ' ἐπὶ Γ' εἰν ἔπιμψι. *Jupiter tum Irim mittere solet.* Theog. v. 7:

Ἀκροτάτῳ Ἑλικῶνι χορὸς ἐντοπιήσασθαι καλὸς. *Summo in Helicone choreas ducere solent pulchras.* Ibid. v. 784: Ζῶς δ' ἐπὶ Γ' εἰν ἔπιμψι. *Jupiter tum Irim mittere solet.* Sic & scriptores in oratione pedibus soluta loquuntur frequenter.

P. 33. v. 20 post: Διὸς κυδρὴν παρὰ τοῖς addde: Restitui & hanc vocem Theogon. v. 318, & v. 442. Homer. Iliad. Σ. v. 184, & Od. Α. 579.

P. 49, adde v. 5, post: *vilia & nullius rei.* Strabo lib. XV: p. 722, Πολλὰ δὲ κατέκλυσε καὶ τῶν σωματίων καὶ τῶν χρησθεῶν ἐπιπιδὼν χειρὶ ἄρρεν νύκτωρ, καὶ τὴν βασιλικὴν δὲ κατέσπασεν ἐξηλείφθη. *Multa autem corpora & utensilia noctu ingruens torrens hausit, & magna pars regia supellectilis ablata.*

P. 52. v. 21, 22: Αὐτόθεν ἄροτρα. & sequ. vers. Πηκτὸν ἄροτρα.

P. 59. post v. 7. Ἐκτελεία βεῖθαι vero in initio hujus versus est: *Ut matura grandescant*. Lustricum carmen apud Catonem: *Mars pater te precor, quasoque uti tu fruges, frumenta, virgulta, vineta grandire beneque evenire sirsu*. Accius Melegro: *Fruges prohibet pergrandescere*. Hinc *grandia frumenta* apud Virgil. IV Æn. v. 405.

*pars grandia trudent*

*Obnixa frumenta humeris.*

& apud alium poetam *grandia farra*. Contra *vegrandia farra* apud Ovid. III Fastor.

*vegrandia farra coloni*

*Qua male creverunt, vescaque parva vocant.*

v. 468. Ὀρεκη βωῶν ἐπὶ νῶτα ἰκνη] Legendum puto: ἰκνη. *Temonem tergis boum immittas, ferias temone terga.*

P. 63. v. 21, ut Claudianus ait. Ibid. v. 30. *In eo ipso, quod te ostendis facturum*, h. e. dicis, scribis. Sallust. Jugurth. 30: *Multa superba & crudelia facinora nobilitatis ostendere*. commemorare. C. Nepos Epaminond. *Micythus Epaminondam convenit, & causam adventus Diomedontis ostendit.*

P. 65. post versum 72. v. 523 Νύχιν καὶ ἀλίσσεται ἔνδοθεν οἴκῃ] MS. I. Μυχὴν καὶ ἀλίσσεται ἔνδοθεν οἴκῃ. quod non improbem. Μυχὴ MS. glossæ ejusdem libri exponunt ἔνδοθεν. Nimirum μυχὴ est quæ ἐν μυχαῖ δόμοις ut Homerus loquitur, in interiore ædium parte versatur, quæ Græcis dicitur θαλάμη, παρθενὸν & Gynæconitis. Hinc ἐν θαλάμῃ παρθένῃ Theocrito est virgo, quæ in thalamo versatur, innupta puella. Stat. I Theb.

*Nec mora præceptis cum protinus utraque virgo*

*Arcano egressa thalamo.*

quo nemo accedit nisi propinqua cognatione conjunctus, ut C. Nepos ait. Sic & Proclus legisse videtur, qui exponit ἐν μυχαῖς οἴκῃ παρθενὸν δόμον.

P. 66. v. 3. notavit Moschopulus.

P. 69. v. 17. post: sine fasciis sumi solita se puero. Non possum

quin hic tecum, benevole lector, communis epistolam emendatissimam quam de his duobus locis Pollucis ad me dedit Isaacus Vossius, ὁ πένυ, postquam quæ de iis notaveram dudum essent typis descripta. Cum utrumque locum in optimo suo Codice sic legi ostendisset, ut a me edita sunt, nisi quod in priore pro εἴτε πάλυς οἰητίον scribatur εἴτε αὐτὰ οἰητίον. & pro αὐτῶν λῶ, ταυτὲν λῶ. & pro πάλυισι, πάλυισι, subjicit: Cudones vel udones apud veteres pro eadem re accipi recte notat Salmasius, verum non recte a cudendo hoc vocabulum arcessit, cum sit Græcum, & Græcam habeat originem. Ab οἷς est οἷα vel ὄα vel ὄα pellis ovina, & pro ὄα vero addito ut sæpe κ, dicitur etiam κῶα, vel κῶας, vel κῶς. Α κῶς vero est diminutivum κῶδιον, κῶδια, & κῶδης, & amplificatum κῶδων vel κῶδων, pro quo etiam ὠδων, & ὠδων reperitur, unde Latinum cudones, udones, seu odone dixerunt, idque promiscue; cum κ aut ε initiale non in barbaris tantum, sed etiam in multis Græcis Latinisque modo adsit, modo vero abijciatur, quemadmodum etiam agnoscit Salmasius. De πάλυτον vocabulo sic sentio, esse id ejusdem naturæ ac originis ac sit ἔλυτον. In multis enim solet τὸ π loco ῥ δίζαμμε affigi, ut ἡλίκῳ πηλίκῳ, ἡλάνον πηλάνον, αἰλαῖς παλαιῖς, & infinita istiusmodi. Est autem ἔλυτον integumentum, involucrem, σπέπασμα &c. ab ελύω seu ελύω involvo. Eodem referri debent πάλυται & πάλυσται licet Hesychius habeat πάλυσται, quæ sunt talaria seu fasciæ cursorum, quibus ad compescendam talorum extorsionem pedes muniebant. Ut enim ἔλυτον & ἔλυτον dicitur, ita quoque πάλυται & πάλυσται dicuntur ab ελύω & ελύω. Reddi debet hoc vocabulum Aristoteli in Problematis sect. XVI quæst. 4. ubi quæritur cur non tantum rotunda, sed & quæcunque rectilinea in terram cadentia ad æquales utrinque resiliant angulos. Dicit enim id fieri καὶ ὅτι τῶς πειρῶν τοῖς περὶ τοὺς ποταμούς τοις πάλυτον συμπαύει, καὶ ὅτι τὰς πάλυτον ὑφάρπάζουσι. Quæ vulgo sic vertunt, ut his accidit quibus aut pars inferior raditur, aut colei violantur. Unde nullum nisi ridiculum efficias sensum. Omnino sic erat scribendum, καὶ ὅτι τῶς πειρῶν τοῖς περὶ τοὺς ποταμούς τοις πάλυτον συμπαύει, καὶ ὅτι τὰς πάλυτον ὑφάρπάζουσι. Quemadmodum contingit loripedibus, & illis quibus (inter

(inter lavandum) *talaria surripiuntur*. Videlocum integrum & fateberis omnia plana fieri si sic legamus, frustra que se hic torquere interpretes & mathematicos. Οἱ *συρόμενοι τὰ σκέλη* aliter Græcis dicuntur *παρεπόδες* non δὲ ὅς οὖρεν τὰ πόδι, ut habet Diogenes Laërtius in Pittaco, neque δὲ ὅς *ἀγροσσηρότες* *τετίσι* *διεσώτες* ἔχειν τὰς τὸ πόδων *δακτύλους*, ut putat Galenus, sed δὲ ὅς *παρὰν ποσὶ*, pedibus enim tanquam scopis verrunt pavimentum quidam loripedes. Tales præcipue multi reperiebantur inter Æthiopes & Ægyptios, non propter nervorum imbecillitatem, neque etiam propter eam causam, quam memorat Aristoteles eodem scripto sectione XIV quæst. 4, sed propterea quod illis vel tali, vel genuum patellæ incidebantur, ut nempe fugæ spes præriperetur illis qui mallent pedibus quam manibus operari. De talis conjicio, de genuum patella testem do Originem qui in Philocalia scribit, morem fuisse quibusdam Æthiopibus *τὰς κέχας τὸ γυνάτων ἀελαρῆαζ*. Commode hinc intelligi possunt verba Petronii de Æthiopibus: *Age nunquid & crura in orbem pandere possumus, numquid & talos ad terram deducere*. Ista nempe Æthiopica mancipia, quibus genuum conchæ erant ablata, poterant crura in utramque partem in circulum movere, iisque non nates modo, sed & ventrem pulsare. Quod si illis tali inciderentur jam quoque poterant plantas pedum similiter in orbem movere, & sursum ad crura adducere, & supinatis plantis supra solos ambulare talos. Firmandis autem & continendis talis maxime conducebat talarium genus quod draco dicebatur. De his & aliis talarium generibus multa hæctenus ignota possim tibi scribere, verum iis colligendis & digerendis oportunius forsan sese offeret tempus. Hæc vir ille undequaque doctissimus.

P. 74. v. 21. *ἐγχεῖται οἶκον*.

P. 78. v. 2. *ὁ δὲ νομῆσι*. v. 13. non solum acumen.

P. 79. v. 33. post: *Donatus: oportune*. Sic igitur videtur hic versus interpungendus:

*Μέτρε φυλάσσας. Καίρος δ' ἐπὶ πάντιν ἄριστος.*

*Modum tene. Tempus vero in omnibus est optimum.*

P. 81. v. 13. *ἀκρίσεις*.



P. 89. v. 14. Nicomachus Garasenus.

P. 91. v. 26. illas versari.

P. 94. post v. 28. *Et ora frenis* &c. v. 103. Η' θ' α'] Legendum ex antiquis libris, quos Stephanus vidit: ἡθ' α', & vertendum *reuerende, venerande*. non *o patrne*, ut vulgo. Homer. Iliad. ζ, v. 518.

Η' θ' α' ἢ μάλ' α' δ' ὅτε κ' ἰασηδρῶν κατερύκω.

*Venerande, certe te jam valde properantem teneo.*

Metaphrasis Vossiana MSta ibi exponit ὃ πικρὰ φέρετε. vide & Scholia antiqua ad hunc locum, quæ Didymi nomen præ se ferunt.

v. 104. Ταύρεσ' Εὐνοσίγαισ'] Non alia ratione Neptunus dicitur ταύρεσ', quam ejus filii, fluvii, nimirum propter violentiam, & strepitum. Fæstus: *Taurorum specie simulacra fluminum, id est cum cornibus quod sunt atrociora ut tauri.* Virgil. I V Georg. 371:

*Et gemina auratus taurino cornua vultu*

*Eridanus: quo non alius per pingua culta*

*In mare purpureum violentior influit amnis.*

Horatius: lib. I V carm. ode 14. v. 25.

*Sed tauriformis voluitur Ausidus,*

*Qui regna Daunî præfluit Appuli*

*Cum savi.*

Strabo lib. X de Acheloo: Οἱ δ' εἰκάζοντες ἐξ αὐτῶν τελευθῆς ταύρου μὲν εἰσὶν ὅτε λέγεται τὸ Ἀχελῷον φασὶν, καὶ γὰρ κ' ὅτε τὰς ἀλλὰς ποταμούς, ἀπὲρ τε τῶν ἡμῶν, κ' τῶν κτ' τὰ βείθεα καμπῶν αἰς καλῶσι κέρει. *Qui autem ex fabulis verum colligunt, tauri similem formam Acheloum ajunt, ut & alios fluvios, ob strepitum & flexus alveorum, qui cornua dicuntur.* Vide & Ælian. Var. Hist. II, 32. Sic & in antiquis nummis fluvii forma bovis exprimuntur, ut pridem docuit vir doctrina & judicio magnus Antonius Augustinus in Dialogis.

P. 95. post v. 4. *Struxerit insidias.* v. 116. Θυμῷ γηθήσεις] Nonnulli codices legunt non male: μύθῳ γηθήσεις.

P. 98. post v. 6. dimicandi libidine. v. 170. Οὐδ' ἄτεροι πείττω. legendum εἰδ' ἴππεροι.

P. 105: post v. 35. Κορωνιόεντα vero sunt. Pro his scribe: Legendum vero est κορωνιόεντα ex antiquis libris & editionibus. quod est, fastigata, capitata, a κορυή, *virga capitata*. Phavorinus: Κορυή πᾶσι ράεδθ κεφαλαιωτή τῷ κέρει λέγεται. Johannes Diaconus hoc loco exponit ραεδωδή κῆ δι' αὐτοῦ κερπίαν δόγη. Κορυή ἣ ἡ ράεδθ. Idem est κορυωδής. Theophrastus aspargum κορυωδή dixit, quod Plinius vertit *fastigatum*. Hesych. simpliciter exponit ramosus: Κορυώδες ἐζώδες. & Κορυήσις βλάστησις.

P. 108 post v. 35, probavit etiam Comelinus. v. 380: Πᾶσι ἃ Μυρμιδόνων τι πόλιν] Est Thessalia. Velleius Paterculus: *Acer belli juvenis, natione Thesprotius, cum magna civium manu eam regionem armis occupavit, qua nunc ab ejus nomine Thessalia appellatur, ante Myrmidonum vocitata civitas.*

P. 128. post v. 34, videret & audiret. v. 709. Ὅπως δ' ἀπαλήθ] Antiquorum Scholiorum auctor notat in nonnullis exemplaribus legi κένος, quod præ edita lectione placet. v. 718. Ἀργαλίοισιν ἰδῆσαν. Scholia antiqua legunt ἀργαλήσιν, quæ vide.

P. 125. v. 1. post in editionibus. Hanc lectionem confirmat quoque Theon ad Aratum, apud quem & ipsum olim sic lectum fuit in his versibus:

Δίτω ἐν δῶδι, ὅρε χέδν αἰγαίοιο

Ἄντρω ἐγκατέθεντο.

Sic enim scriptum fuisse, non ut nunc χέδν ἰδαίοιο, his verbis testatur: Τινὲς γράφουσιν, χέδν αἰγαίοιο, τῷ δὲ Ἡσιόδου λαβόντες φάσκοντο ἢ Δία ἐν αἰγαίῳ ὅρῳ περικνημῶν ἐν Κρήτη τεταμένον. Hinc & H. Grotius conjicit apud Aratum legendum esse Λύκτω, ut hic apud Hesiodum. Sane apud hunc scribi debere Αἰγαίον luce clarius est. Montem Ægeum in Creta quia ignorabant, ideo apud Aratum, ut sequentibus prodit Theon, expunctum est & αἰγαίοιο & mutatum in ἰδαίοιο.

JUSTI JOSEPHI SCALIGERI

## N O T Æ

I N

## ΕΡΓΑ ΚΑΙ ΗΜΕΡΑΣ.

**D**Ecem primos versus hujus operis non esse Hesiodi ait Pausanias, eosque deesse in vetustissimo libro plumbeis laminis scripto.

v. 5. Βεῖάω] βεῖάω in hoc versu primum transitivum, deinde absolutum est.

v. 19. Καὶ ἀνδράσι πολλὸν αἰμύνω] Sic interpretes: & inter homines longe meliorem altera.

v. 22. Ἀρόμενδραυ ἡδὲ φυλάειν] In Ἀρόμενδραυ sunt duo μ, ut producatür ρο, nam aliter esset breve propter ο, sed si esset ω non opus esset duobus μ.

v. 24. Εἰς ἄφρονον ἀνδρῶν] ἰ ἄφρονον est commune, sed π ἄφρονον est Atticismus.

v. 27. Ὡ Πέρας, σὺ γ' ] veteres post vocativum ponebant σὺ γ'.

v. 37. Κληῖρον ἐδάσκαμεθ' ] Patrimonium dividere, aliter herciscere. vide Festum, & quæ ad illum notavi.

v. 41. Ἀσφροδίτῃ μέγα ὄνειρε] Apparet ex hoc veteres ex Ἀσφροδेलο comedisse.

v. 45. Πηδάλιον] gubernaculum, hoc est, non cures neque navigationem neque agriculturam.

v. 165. Ἡσυχία] Lucretius quietes vocat.

v. 188. Ὑβρι pro ὑβρεῖς ἢ, quamvis possit excusari.

v. 213. Εἰς τὴν φη] φη annexum est huic recto casui, cum proprium sit obliquorum.

v. 274. Ἰχθυοῖσι μὲν καὶ θηρῶσι] Sine dubio Varro ex hoc loco mutuatus est versus istos:

*Natura hominis omnia sunt paria,*

*Qui pote plus urget, piscis ut sape minutos*

*Magnus comest, ut aves enicat accipiter.*

v. 311. Πλάτω κῆ δῶρετῇ] Horat. *Et genus & formam regina pecunia donat.*

v. 348. Ἀρκιον] præfens.

v. 353. Ἀρπαξ pro ἀρπαγῇ, ut v. 188. ὕβρις pro ὕβρεσι.

v. 372. Φιλήτησι] Est verbum purum putum Æolicum, quod in magna Græciadicebant *πλητῆς*.

v. 378. Suus pro ejus & tuus abutuntur poëtæ.

v. 383. Ἐπιτελοῦντων] Nullus poëta præter hunc inseruit α in genitivo adjectivi nominis.

v. 386. Κερέφαται] Astrologi δύνῃν ἡλιακῶν occasum solarem dicunt quando stella involuta est radiis solaribus, quod vulgo vocant combustam stellam. illa autem δύνῃς deberet dici *κρύψας*. Est enim occultatio potius quam occasus. Quando vero stella explicatur ex radiis solis, quod proprie dicitur *ἐξαυγασμός*, hoc vocant *ἀνατολῶν ἡλιακῶν*. intervallum autem ab occultatione ad *ἐξαυγασμόν* Astrologi dicunt esse quindecim graduum, quod est circiter totidem dierum. Sed Hesiodus dicit non quindecim sed vigintidierum esse *πλὴν κρύψαν*, & totidem dicemus ἢ *ἐξαυγασμόν*.

v. 387. Φαίνονται] Annus Thebanus tempore Hesiodi erat idem cum Delphico, & idem principium habebat a mense qui incidebat in geminos, qui Athenis dicitur *πρεγλιών*, vere adulto.

v. 405. Γυναιῆα] Non intelligit uxorem, sed ancillam. Aristoteles in Occumenicis falsus est memoria cum hoc versu putat absolutam sententiam contineri & *γυναιῆα* putat esse *γαμετῶν*.

v. 426. Τετραῖτημος] trium dodrantalium. Palmus quarta pars pedis, *αἰτημή* vero dodrans.

v. 430. Ἀθηναίης δμῶν] δμῶν metaplasmus, declinatio pro declinatione.

v. 470. Ἐχὼν μακέλλω] Non proprie intelligitur ligo, sed malleus ad occas frangendas.

v. 497. Παχυν πίδα] Aristoteles in problematis: famelicis superiora areseunt, inferiora tument.

v. 504. Μηνα ληναῖαν] Plutarchus nescit quis sit ille mensis. certum est esse brumalem, respondebat Attico Ποσειδῶνι, aut Γαμελιῶνι.

v. 542. Πίλοις] Coactilibus, & propterea udones illi a Jurisconsultis ἐμπίλια dicuntur, quæ aliter pedulia in Regula Sancti Benedicti. erant etiam pilia ex coactilibus & ex detritis vestimentis. Stat. I V Sylv. in Risu Saturnalitio v. 24: *Cassis pilia suta de lacernis.* & sæpe apud Martialem.

v. 561. Τεταλισμόρον] Hæc declarant manifesto annum desinere statim a frigoribus. ergo ver erat initium anni in signo tauri. Virgil. I Georg. v. 222: *Candidus auratis aperit cum cornibus annum.* Annus incipiebat a matutino ortu Pleiadis.

v. 566. Ἀρχιῆρον] Temporibus Hesiodi bruma erat circa 7 aut 8 Januarii, ergo circa decimam Martii dicit oriri Arcturum, hoc autem accidit circa initia Olympiadum, quo tempore sine dubio fuit Hesiodus. Sunt autem 2370 anni a prima Olympiade, incepitque hoc proximo solstitio præterito 1594 bis millesimus trecentessimus & septuagesimus annus.

v. 573. Ἄρπας τι χαρμὸς ἐμδρα] Superius v. 387. χαρμὸς ἀμδραῖο σιδήρε. ubi σιδήρε de falce ad metendum intelligendum est, ait autem eo loco Pleiades initio messis apparere.

v. 582. Σχόλιμον] *artichaut sauvage*, aliter *chardonette*. Κινύρα *artichaut cultivé*. Κάκλον *carde*. de Scolymo vide Dioscorid. lib. I II, 16. de casto vide Athen.

v. 589. Βύβλινον οἶνον] Byblinum vinum cujus meminit Festus & Theocritus, est vinum cujus vitis delata erat ex urbe Syriæ Byblo, ut Romæ Biturix de Bordeaux.

v. 602. Θῆτα] significat hominem liberum, qui locat operas suas, mercenarius.

v. 604. Καρχαρόδοντα ζῶα] quæ habent inæquales & ferratos dentes, ut canes, vulpēs, lupi, leones. ἀμφοδόντα, quæ æquales habent, ut equi. καυλιόδοντα, quæ apertos habent ut mures, talpæ, apri.

